

St. Rom

Arck. B. 16

unser

[Gründung, v. H.]

K

P. III. 35.

2

MEDITATIONVM
AD
INSTRVMENTVM
PACIS
CÆSAREO-SVECICVM
SPECIMEN SECUNDVM.

ANNO M DCC VII.

MEDITATIONA
AD
INSTRUMENTVM
PAGIS
CESARBO-SARCIACVM
SPECIMEN SECUNDVM
ANNO MDCCXII



MEDITATIONUM
ad
**INSTRUMENTUM
PACIS
SPECIMEN SECUNDUM.**

ARTICULUS V.

Prooemium.

Cum autem præsenti bello, a) magnam partem, b) Gravamina, c) quæ inter utriusque

A a

Reli-

a) Cum autem præsenti bello) Sequitur articulus de Compositione gravaminum Ecclesiasticorum, cuius supra eriam art. 3. §. 2. fin. mentio. injecta fuerat. Ratio, cur de his rebus transfigendum esset, erat, quia gravamina, que inter utriusque Religionis Status vertebarantur, præcipue causam & occasionem dederint bello tricennali, quod tunc pace finiebarur. Inconsultum igitur suisset, constituende pacis perpetuae negotium suscipere, relitto tanto

fomite irarum, unde facile confitari iterum incendium posset.

b) magnam partem) i.e. ex magna parte. Fuere quidem motus Bohemici prima belli initia. Neque proscriptus Elektor Palatinus, Fridericus, aliquæ cum eo Principes atque Status nullam armorum causam dedere. Sed tumultus tamen hec omnia potius, quam bellum in Imperio. At ex quo anno 1620, edito Ferdinandeo proposita bona Ecclesiastica per universam Germaniam

Religionis d) Electores, Principes & Status Imperii e)
verte-

maniam ab iis etiam repetita atque vindicata sunt, qui superioribus mortibus se non immiscuerant: missis per omnes Provincias militum agminibus, editi exequendi causa, repente omnia astabant, querelarum irarumque plena. Unde Sueci vix arma in Germaniam tulere, cum repente Protestantates tot injuriis confernati certam se junxere libertatis tuenda causa, quam favor Religionis mirifice adjuvabat, cuius jugulum peti, ex justicie administrande calunnia, ne scire nemo amplius poterat post eos edita adversariorum specimina, undique in Monasteria & Ecclesiis, earumque bona, facto agmine fūnorū instar involantium, augeante rei indignitatem Jesuitarum impudentia avaritiaeque, qui optimiora aquaque sibi ex preda destinabant, gratia Cesarea Aule, cajus auctoritate etiam cum invidia ipsorum Catholicorum, atque in primis Ordinum Religiosorum sublevabantur.

c) *Gravamina*) Non sane omnia gravamina, cuiuscunque sunt Generis, hic intelligi, extra dubium est. Fure enim non pauca etiam eorum coram dabus mere civilibus seu secularibus, quae etiam causam & occasionem bello dedebant, non ex hoc articulo, sed aliis Instrumenti Pacis loqis dijudicanda

sum; prout id art. 4. §. 49. exemplē causa probari potest. Gravamina igitur hic accipienda paulo strictiori sensu de gravaminibus i. circa Ecclesiastica, & 2. circa ea, que intuitu Ecclesiasticorum in Politicis mutata sunt. ex hoc artic. 5. §. 2. quamobrem hic articulus suis supra art 3. §. 2. appellatus est articulus de Gravaminum Ecclesiasticorum compositione. Interea illud quoque verisimum, non de Religionis modo ejusque exercitio arque libertate hoc agi articulo, verum etiam maximam ejus partem occupari circa bona Ecclesiastica eorumque possessiones.

d) que inter utriusque Religionis) En locum insignem & notabilem, ubi Status Imperii in duas, non tres Religiones omnium paciscentium auctoritate atque suffragiis dividuntur. Ut pudere promde novos illos Criticos & Censores inventi sui, quo sibi tantopere placuere, merito debeat, qui nuper ferre mentionem de Statibus utrinque Religionis notuere. Præterea illud etiam hoc loco ostenditur, agi hoc articulo nostro non de omnibus gravaminibus Ecclesiasticis, sed de illis solummodo, que inter utriusque Religionis Status vertebantur. Namque Gravamina inter eos Catholicos vel Evangelicos intercedunt, ex alia lege dirimenda sunt.

Sicutq;

vertebantur, causam & occasionem f) dederint, de iis, prout sequitur, conventum & transactum est. g)

A 2

§. I. I.

Sicuti Evangelicorum causa multi artic. 7. infra convenit inveniuntur. A quibus dum nonnulli Controversia inter Confites unius Religionis componentis argumentum desununt, meo quidem judicio mali interpretis munere fungi videatur.

e) Electores, Principes & Status Imperii) Paulo post additur immēdiata nobilitas qua quia hoc proemio omissa, pro exclusa ideo habenda non est: cum textus ipse suppleat, quod in prefamine seu exordio defuit.

f) Causam & Occasionem) Aliud quidem est causa belli, accurate loquendo, & aliud occasio: neque Gravamina, rem accurate considerando, dici possunt bello occasionem dedisse, que semper ab opportunitate temporis dependet, in cuius excusationem sive vere cause, sive pretextus assumuntur. Sed hic non opus est subtilitate verborum, ubi pacientes populari modo locutisunt.

g) De iis, prout sequitur, conventum & transactum est. Si inter conventum & transactum differentia statuenda, prius verbum ad translationes, posterius ad absolutionem translationum referri posset. Sed neque istas minutias Pacientes tunc in animo habuisse crediderim. In hoc portius inquirere præstat, an hic articulus Vtus

etiam Gallos obliget, in quorum Tabulis Pacis non inventur. Posset videri officia questio, cum que Gallis sunt cesar, pleno Dominii jure Eis ita fuerunt quesita, ut Cesar & Status omni se imperio in illi abdicaverint: Sed accidit tamen, ut occasione cause vel casus Hagenensis in Conventu Deputatorum Francofurtano res ipsa varie inter Catholicos & Protestantes disceptata fuerit, Bavaro & Moguntino primum, mox ceteris Catholicis uno ore affirmantibus, Regem Gallie hoc nostro articulo non teneri, atque adeo posse ipsum Hagenoe Religionis Catholicæ protectionem, atque conservationem, etiam contra statu annui vigesimi quarti, suscipere, viuore Svi Instrumenti Gallici, sit tamen Rex obligatus. Ibi enim obligari Regem, ut conservet Religionem Catholicam, quemadmodum sub Austraciis Principibus conservata fuit, non vero ex statu dicti anni: quare cum generi per speciem derogetur, ad hanc conventionem ante omnia alia attendendum fore: neque hoc jus, Regi semel quesitum, vocari magis in dubium posse, quam ipsi propterea liceat alii in Imperio locis compositionem Gravaminum inter Casiem & Status, vi pacis cum Suecis initio, placitam, hoc pretextu convellere, cum illa ipsa etiam in Gallicis Tabulis Svo cum etiam ad maiorem, firmata.

G. f. a.

Estabilita sit. Sed hunc statutus Protestantes contra bac ex hoc ipso Svo cum etiam ad maiorem &c. longe relata contendere, cum inter Imperium & Galliam placuerit, ut transactio de Compositione gravaminum, Tractatu etiam cum Gallis absolute, firmaretur & stabiliretur eo plane modo, ac si de verbo ad verbum huic instrumento inserta legeretur, ideoque civitatem Hagenoensem beneficio restitutio, ex legge concessa, non minus, quam alios Statutus Evangelicos fruituram, neque Regem Gallie salva pace intercedere, vel impedimentum afferre posse. Mansisse enim Civitatem illam liberam Imperii Urbem statumque, neque Gallie Regessam, qui pace nihil aliud in decem illas Civitates Alsatias obtinuerit, quam Prefecturam Provincialem, juraque, ab hac prefectura dependentia, prout illa Domus Austria olim exercuerat: neque obstat Suum supra allegatum, sit tamen Rex obligatus. Ibi enim conservare Catholicam Religionem non hoc sibi velle, ac si per id omnis restitutio Protestantum Civium, alias ex formula Pacis Suecica debita, exclusa intelligeretur, sed saltem, Catholicam Religionem una ibi esse conservandam, id quod fieri etiam possit, absque Protestantum injurya & expulsione: nam conservationem unius Religionis alterius extirpationem necessario non poscere; imo contrariari potius eamodi interpretationem bone fidei & Paciscentium intentioni, qui id unice egerint, ut v-

mnes Religionis causa aborta similitates & querelle soprarentur restitutio omnium generali & equa, que quisque anno 1624. se possedisse docere poterat. Ad bac circumscribi ibidem expressis verbis conservationem Religionis Catholicae, quemadmodum sub Austriae Principibus conservata fuit: quod non temere, sed definitionis causa sit additum, cum nemini non confitetur, Austriae suam Catholicam Religionem Hagenoensem usque ad annum 1624. conservasse, etiam post Protestantis liberum Augustanam Confessionis exercitium cum Templo, scholis & redditibus debitis fuerit restitutum. Denique ultima etiam verba, omnesque, quae durante bello novitates irreperint, tollantur, satis declarare, de id genus novitatibus saltem sermonem ibi esse, quae durante cum Suecia bello irrepserit, ut iniquum prorsus fuerit, sensum ad illa etiam extenderet velle, que anno 240 in usu atque posse fuisse, & postea turbata, nunc secundum Pacis Tabulas restituenda sint. Atque hac illo tempore inter utriusque Religionis Deputatos sic ventilata sunt, procul dubio meliori Protestantium causa. Nam universè verum est, Gallos etiam ad servandam toto Imperio transactionem de Compositione gravaminum sic esse obligatos, ex Svo Pacis Gallica, cum etiam ad maiorem &c. Ut contra omnes ejus violatores præstare quoque garantiam suam tenentur, ne dum ut ipsi hac obligatione solui censi possint.

a) Trans-

§. I. I. Transactio anno millesimo quingentesimo quinque-
quagesimo secundo a) Passavii inita, & hanc Anno millesimo Pax Religio-
quingentesimo quinquagesimo quinto secuta Pax religionis b)^{nis.}

A a 3

prout

Transactio
Passavensis
Pax Religionis
nisi.

§. I.

a) *Transactio anno 1552. &c.*) Huius transactionis, eamque subsecuta Pacis religiosam confirmatio, & in dubius quibusdam atque controversis declaratio, uberem materiem novis litigiis cauillisque dedit, quibus executio Pacis multis in causis non parum remorata est. Ut sane nesciam, annon præstisset, Pacem religiosam penitus abrogare, & de singulis capitibus noya legi secundum ea statuere, prout inter Pacientes convenerat. Nam quia Pax religiosa multis in rebus Catholicon commodis longe aptior erat, quam Westphalica Pacis nova seita: ideoq; isti avidissime arripiebant, quod hic habetur, scilicet ratam ipsam habendam, sancteque & inviolabiliter servandam esse. Quamobrem si quis dubius casus ex Pace Westphalica decidens erat, (dubium autem faciebant fere omne, de quo non expressis verbis nominatim constabat) illi statim configabant ad Pacem religiosam, indeque velut ex fundamento, quo controversia Religionis niterentur, petendam esse gravaminum dijudicationem contendebant, Protestantibus frustra objicentibus, de talibus Westphalica Pace aliter placuisse. Postquam enim Catholicci illud semel obtinuere, ut religiosam pacem pro basi totius trans-

actionis haberent, facile eis deinde fuit, calumnia interpretationis inventire rimam, qua elaborerentur, sibique præsidium aliquod ex Pace religiosa circumponerent. Atque experientia sane docuit, hac arte liquidissimas restitutions protractas in hanc usque dicem clausaque fuisse, neque ullum fere casum post primas a pace executiones, dimissasque Suecicas copias, quæ aduersariorum cupiditates aliquanto adhuc metu suo in officio continebant, venisse in disceptationem, quem non hac caliditate aut simili alia, stupenda sepe cum audacia evitarint, quo minus debito loco & jure haberetur, id quod cum integra acta in conventu Deputatorum Francofurtensi, tum ante alia notissimum ille, & paulo ante notatus casus de restitutione Evangelicorum in civitate Hagenoensi testatum facere potest: quanquam negare nolim, aliquando ab altera etiam parte officium boni interpretis nimio suarum rerum studio fuisse neglectum: exempla alia suis quaque locis, data opportunitate, non tacebimus, pro instituto nostro, quod animoni, affectibus omnino vacuum sibi postulat.

b) *Secuta Pax religionis*) Constat articulis fere quindecim, qui in recessu hic allegato legi possunt.

c) *Prout*

prout ea anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto c) Augustæ Vindelicorum, & post in diversis Sacri Romani Imperii Comitiis universalibus d) confirmata fuit, in omnibus suis Capitulis, e) unanimi Imperatoris, Electorum, Principum & Starum utriusque Religionis consensu f) initis ac conclusis g) rata habeatur, sancteque & inviolabiter servetur.

c) Prout ea anno 1566.) Hæc confirmation extat in dicto recessu, §. und nachdem &c.

d) Et post in diversis Comitiis Universalibus.) Cum per repetitas istas confirmationes Paci religiosa nihil novi adjectum fuerit, superfluum esset & nullo usui, si evolutione Recessuum singula loca colligere vellemus.

e) in omnibus suis Capitalibus.) Sane hæc verba captiosa sunt, & Catholicis sape occasionem præbuer, abutendi religiosa Pace in Westphalicae fraudem. Nam multa eorum, que in hac Pace circa Religionem & possessiones Ecclesiasticas conventa sunt, non tam fuere declarationes super articulis quibusdam, in Pace religiosa controversis, quam mutationes & placita diversa, quibus Paci religiosa derogatum fuit: quo stante, quod negare nemo potest, qua ratione, Paci religiosa ut in omnibus suis Capitulis rata habeatur, & sancte servetur, edici potuit? Itaque omnino hæc verba limitatione opus habent, scilicet, in quibus Paci religiosa per posteriorem Westphalicam non est derogatum,

f) unanimi Statuum utriusque Religionis consensu.) Hæc verba restrictionis causa videntur potissimum intuitu reservati Ecclesiastici, quod dicitur, adiecta esse, quod reservatum Rex Ferdinandus ex potestatis plenitudine suffragis tantum Catholicorum statuum, reclamantibus Evangelicis obstantibusque fidem ejus sancivit. Sed & ex altera parte decretum illud famosum Ferdinandi, invitisi Catholicis, gratia Evangelicorum editum, pro subditorum conscientia & Religionis libertate, candem ob causam vehementes contradictiones expertum est. Quiequid itaque Imperator non unanimi Statuum utriusque Religionis consensu, sed ad suggestionem unius partis pro auctoritate in Pace religiosa statuit, ad hanc confirmationem non pertinet, sed ex alio titulo estimandum est.

g) initis ac conclusis) i. e. deliberatis & consecatis. Ceterum necio, an non hic sit ἀκυρωτὰ quædam, iniuste capitula, concludere capitula, si pro conventionis aut transactionis cujusdam articulis sive capitibus, primo translati,

tur.h) Quæ vero de nonnullis in ea Articulis controversis, i) hac Transactione communi partium placito statuta sunt, k) ea pro perpetua dictæ Pacis declaratione, l) tam in
Judi-

tractatis, deinde absolutis, accipitur: inire pacem rectè quidem dicimus; sed an sic etiam iniri capitula dicantur, forsitan dubitetur.

b) rata habeatur, sancteque & inviolabiliter servetur) Primo rata habetur Transaction Passavensis, & Pax Religiosa, quia utramque conventionem olim prudentia & inquieta hominum ingenia variis scriptis lacessere atque subruere non dubitaveret. Notum est virulentum Burkardi, Cancellarii Coloniensis, scriptum de *Autonomia*. Neque minus scelestæ & nefarie genio suo hic indulgere Jesuitæ Diligentes in tractatu, quem *Compositio nem Pacis* inscripsere. Deinde Transaction illa & pac, sic rata denuo habita, munitur novo promisso, quod sancte & inviolabiliter in posterum sit servanda.

i) Que vero de nonnullis in ea articulis controversis) Articulos illos controversos Religiosa Pacis longo ordine recenset scriptum illud Protestantium, initio Tractatum pacis Cæsareis & Catholicis exhibut anno 1645. decima Decembribus. Sed & eosdem diu ante hac velut in compendio complexum fuerat ferale illud edictum Ferdinandi II, anno 1629. editum, quo

id genus controversiarum summa cum Protestantium injuryia, ex voto & re Catholicorum, non sine tacita conspiratione decisæ simul, missisque per universum Imperium Commisariis, vi militari subnixis, executioni dari coepitæ sunt. Unde primo consternatio ubique & questus; deinde turbæ & civile bellum, commodo Succorum auxilio, velut Deo ex machina, in salutem Protestantum, quorum res absque hac societate fere jam conclamatæ erant: in tanto Saxonum in primis stupore, qui futurorum incurii fascinatique Austriaeorum insidiosis blandimentis, praesentia modo respectabant.

k) hac transactione communi partium placito statuta sunt.) Transaction hic intelligitur totus articulus sive, quatenus de Compositione gravarium agit. Commune autem partium placitum est conventio belligerantium, ex una parte Domus Austriae cum suis Foederatis, & ex altera Coronae Suecicæ cum suis Foederatis. Interea communione etiam placitum censetur, quod utriq[ue] parti ex plurimis sententia placuit, et si hinc & illinc nonnulli forte fuissent, quibus aliter visum de quibusdam capitibus.

l) ea pro perpetua dicta pacis declaratio-

Judiciis, quam alibi observanda m) habebuntur, donec per DEI gratiam de Religione ipsa convenerit, n) non attenta (eujus-

ratione) Declaratio proprie dicitur, cum de dubio scripti aliquius sensu certi quid statuimus. Ait hic latior significatio obtinet, ubi pro declaratione Religiosa Pacis etiam accipiuntur non ea modo, quæ superioribus ejus Capitulois de novo adjecta sunt: Sed & quæ prorsus in contrarium mutata, veteribus abrogatis, eujus generis non pauca hoc articulo reperi lelio ipsa docet. Unde infra §vo 50. hujus articuli dicuntur etiam certo respectu transactio, in verbis: *Hanc in primis five declarationem five transactionem, quo loco haec duo particula disjunctiva SIVE manifeste a se invicem distinguuntur.* Quamobrem olim Deputatis ad punctum restituendorum nulla religio fuit, publicis suffragiis de Pace Religiosa hanc confessionem edere, illam Pace Westphalica haec tenus confirmatam esse, qua haec illi non derogat, id quod stricte sumptum cum declaracione ejus non ubique satis convenit. Ita etiam ex altera parte perpetuas hujus declarationis ipsius Pacis Religiosa non est absoluta, sed habet terminum, quo existente certo casu finitur, nemirum si de ipsa Religione convenerit: quamvis effectu hoc idem sit, ac si dictum fuisset, *nunquam*, quia salva hac pace, que omnem vim prohibet, inter Religiones, tot studiis

& affectibus diversis, concordia nulla sperari potest.

m) tam in judiciis quam alibi observanda) In judiciis, ut secundum hæc placa sententia feratur, non obstantibus ullis aliis contrariis constitutionibus vel moribus. Alibi vero cum inter partes extra judicium adhuc discipatur, sive in Comitiis, seu coram Arbitrio: sive denique ubincunque contingit, causam Religionis inter contendentes agitari.

*n) donec per Dei gratiam de Religione ipsa convenerit.) Hic ex §vo 25. addendum, amicabili partium compositione universali. Recitemus ipsa verba, quia plenior sensum habent: donec controversie Religionis amicabili partium compositione universali definitamur. Neque enim sufficit, quamcunque conventionem fieri. Sed ipsas controversias Religionis definitas esse oportet, idque non vi metuque, neque etiam dolo; sed amicabili partium compositione universali, id quod a spe & eventu longe adhuc abesse videtur. Imo idem fere est, ac si dictum fuisset, *perpetuo*, vel in perpetuum. Neque alia mens Evangelicorum fuit; sed cum Catholici eiusmodi formulam respuerint, qua Religioni sua exitium per perpetuum in die videbatur; qui initio quadraginta, mox centum annos*

cujusvis seu Ecclesiastici seu politici, o) intra vel extra Imperio
B b peri-

nos indulserant, Protestantes vero suorum sacerdotum securitatem certo tempore finiri nollent; hoc medium utrumque placuit. Evangelicis tanto minus suspectum, quod crediderint eadem ratione se propositum tenere posse. Ceterum nota hic differentiam ellenitalem seu specificam restitutionis ex capite gravaminum a restitutione superiore ex capite amnestia. Scilicet qui ex capite gravaminum restituuntur, vigore hujus transactionis ab omni persecutione tuti sunt, non attentis ullis juribus, actionibus vel exceptionibus. Unde perpetuam finitam exceptionem contra Eos habent, qui veteres lites aut jura pristina resuscitare voluerint. At restituti ex amnistia restituantur salvis aliorum juribus qui buseunque, sive restituenti, sive restituendo, sive cuivis tertio competentibus: ex quo possessionem quidem priorem recuperant, sed a persecutione juris tuti non efficiuntur, id quod illis fit.

o) non attentis cuiusvis, seu Ecclesiastici seu Politici) Ne partes de Religione hoc modo convenienter oblitore quondam editis passim aculeatis scriptis improbi quidam, in turbido piseari soliti, tantoque ad disuadendum audaciores, quod ipsi plerumque cullati extra calamitates & pericula belorum in alienis miseriis ventrem pa-

ferent; quia ab hoc hominum genero hostes etiam injurias belli abstinent, cum, si pro merito cuique pat referendum esset, illi in primis vexandi atque obterendi forent, cum plerumque primi bellorum omnium incentores existant, quæ ob religionem geruntur. Quæso enim quis sine stomacho & indignatione eos in republica libenter ferat, qui in sinu ejus foti, & maximis honoribus commendisque maeti co omnes suas cogitationes atque studia conferunt, ut quam pacem post diuturnum & ferale bellum munere divino tandem adepti sumus, & quæ tanti Republicæ stetit, eandem ipsi rursus convallant cum secretis Consiliis & Suggestionibus, tam vero etiam scriptis publicis. Equidem prætenditur religionis propaganda fervor; Sed habent illi egregii Viri abunde, quod apud utrosque Indos, a religione gentili ad fidem Christianam converto-
dos agant. Nos, qui Christiani sumus, sinant quibusdam opinionibus dissentire, cum in formula Fidei Catholicæ, quam Apostoli vulgo concepisse creduntur, ambo conveniamus. Niſi forte gravior est minusque ferendus error, si quis ad imperia Curiae Romanæ fasces, non protinus submitit, quam cum Sinensibus iam sibi creditulis mira indulgentia hoc nihilominus permittitur, ut possint Confutio suo fidelis

perium, p) quo^{cunq}ue tempore q) interposita contradictione vel

festis diebus facta facere, victimas manare, thura adolare, cereasque accendere, modo de cōstero illos suos Magistros laute & liberaliter habeant, atque eis honoris causa assurgant. Ad eo facilius fertur, vel dissimilat^{ur} saltem cultus gentilis & Idololatricus, quam si apud nos vel tantillum in ceremoniis muter, aut ab id genus Doctoribus Aristarchis discecleris. Miscebunt potius summa imis, quam ut in anima etiam re sua dignitatis & reverentiae jacturam facerent; Quemadmodum vero sibi satis sunt consierates suas lubrico loco fore, si ferre oporteat, quibus veritatem libere fieret dicere, cui audaciae compescendae officium illud sacro sancte, si Diis placet, Inquisitionis institutum, & immansus rigore hastenus, ubi datum est, exercitum. Ita lumina agitudine inter se versari illos patientur, oculisque lividis semper transfigunt, quos ex pacto vel institutis reipublica tolerare debent, non modo dissententes, verum etiam obloquentes. Ut non mirum, si cuniculos ad suffodiendum illam pacem agant, quae invisos sibi tantopere amulos protegit. Inter ea reipublica interisti, ut quo fructiores illi atque irrequietiores haec vita parte sunt, eo majori severitate legumque custodia eorum refrenetur infania, id quod hos loco sit, & plus

ribus aliis, per omnem fere Tabellarum Pacis ambitum.

p) intra vel extra Imperium) Inter eos, qui extra Imperium pacificationi contradixere, fuit Romanus Pontifex ante alios notissima sua Bulla, in qua deinde Corinthus calamum strinxit, tantorumque ausumi inepias & vanitatem inaperandi pro merito ultus est, remoto penitus sifario, post quod hæc fabula in morens ludici umbratilis agitur; Obscro, num rei Christianæ non te miseret, cuius libertatem, quam primis temporibus gavisa est Ecclesia, calliditas & speciosa fraudes sub unius Hominis jugum miserunt. Atque est profecto instar fascini, cum ineunte seculo decimo sexto Larva huic freatæ ambitioni detracta fuisset, & desuetudini tuta atque honesta pateret via, tot populis excusso jugo ad avitam libertatem certatim provocantibus, durasse tamen alios, atque maluisse pati Imperium, exterisque misere & indigne servire; quam memores conditionis suæ atque officii exemplo aliorum cum sua dignitati, tum subditorum utilitatibus consulere. Sed illud plane prodigiis loco habendum, fuisse Principes, qui e carceri semel emissi, atque gubernata Christianæ libertatis dulcedine & prærogativa posse ad veteres illos & superbos Dominos sui sponte revertuntur. Privatos non valde mi-

ror quibus, ubique sunt, est ser-
viendum. At qui ditiones gen-
tesque suo arbitratu regunt, hos ne-
mine cogente non modo sua ingenui-
tatis obliuisci, sed & maximo suo da-
mno pati, imo jubere, ut in statu sua
reipublicæ nova status contrarii facies
formetur, admisis Hominibus, quos
in potestate sua non habent, & qui
continuo occursu peregrinæ jurisdi-
ctionis cum imperio civili colliduntur,
eique molestissima negotia faces-
sunt, id vero quo nomine potius ap-
pellem, non invenio: hinc reveren-
tia impetum cohibent, illinc vero in-
dignitate rei acuente iras; Nobis igi-
tur sine invidia & fraude fore confi-
dimus, si, quæ nunc dicuntur paulo for-
tius vindicandæ pacis gratia, aut dein-
de ex occasione dicenda erunt, libera-
liter & sincere proferimus. Hoc mu-
nus postulat sibi Interpretis candor
& probitas; qui supra verba pollut,
uti possint argumentis nervosioribus
licentia retundenda. Hoc enim ora-
culi instar Princeps, sibi dictum putent,
Clerum nunquam agere modestius,
lanchiusve, quam cum delinit metui,
& incipit metuere. Fertur hoc ipsum
olim Cardinalis Sanctacrucius Foxio,
Legato Gallico in colloquio secreto
affirmasse, præsente Thuano, adhuc Ju-
vene. Romanam, tempe, Curiam, ubi
obsequare, asperam & insolentem, mi-
tescere protinus, atque tractabilem se
præbere, quam primum sibi rem cum
illis esse sentit, qui minarum intrepí-

di ostendo contra terrore inermem au-
toritatem, nec ultra valitaram, quam
superstitio cogit, strenue percellunt
cujus moniti, tota vita utilissimi me-
minisse eum, sed auctoris obliuisci jussi.
Operæ pretium hercile est, refer-
re ipsa verba Sanctacrucii, prout in
Vita Thuani lib. I. leguntur. Cogis
me, inquit, ille Cardinalis ad Foxium,
in tuam gratiam renudare, que in Aula
nostra, Romana puta, summa silentii
reverentia teguntur, cui illud ingenium
est, ut exquisitâ severitate, cum occasio
se offert, & impune licet, in exteros u-
tatur, & si quis dignitate praefans ei
se subiicit, eam causam longo compe-
rendiniorum saffamine protelari
gaudeat, dum interim per gentes tota
orbis fama vulgatur, & nostri nominis
terror spargitur, que severitas eos usque
valer, quousque vel infirmitate, vel reli-
gionis metu toleratur. Nam si aliquis
Princeps existat, qui neutrò attineatur,
cauto summa dissimulatione ab ea seve-
ritate disceditur; FAMA SIQVIDEM ET
HOMINUM PATIENTIA Hujus AULÆ
STAT MAJESTAS & quod usq[ue] raser Floren-
tinum dixit, (Machiavellum puto desi-
gnari) iis rebus conservatur, que alio
Imperio sum exitio. Id tibi dictum
est, a quo didiceris, & Candor meus,
& fides tua, & ejus, qui heic tecum
est, (ad Thuanum scilicet respexit,) vel
in hac etate prudenter, requirit,
ut a nemine resuscitetur. Exponit de-
inde porro, quomodo illo tempore
Galeacius Sanseverinus in Gallia iussu
Ponficiis

Pontificis ab officio Inquisitionis Rege insalutato comprehensus, Romamque continuo ductus, intercessione Regis, ad cuius honorem ea res pertinebat, liberari carcere diu non potuerit, et si Rex eam ob causam extra ordinem Sangoartium Romanum misisset, ut captivum repeperet Pontifice. Paulo, cui alias animus immitis & asper erat, bonis malisque verbis rem protrahente: donec Sangoartius ludibrii pertulit, elapsa triduo, quod ante præscriperat, Papam conveniret, eique ferociter minaretur, ni Galeacium vestigio carcere dimitteret, Regique restitueret, & se illa adhuc die discessurum, & Oratorem Regium post biduum secuturum esse. Tum demum enim Paulus, ubi post primos animi motus ad se rediit, re cum fidis Cardinalibus communicata, expensoque, quantiper tinacia diuturnior constare sibi poterit, Captivum Sangoartio tradidit, ad Regem in Galliam reducendum, monito tamen antea in arcano, caveret, ne mandata, quibus usus erat, portius ad publicam offensionem, quam ad Regis dignitatem spectantia, emanarent, satisque haberet, quod voti compos gratificationem Regis desiderio respondentem a Pontifice imperrasset. Quæ omnis Historia in Vita Thuani, ut dicunt, summa jucunditate legitur, ubi illud imprimis Pontificis repugnati, & quam invitus vir natura durus atque truculentus tandem concessisset, ostendit, quod Sangoartii libertate di-

cendi offensus non excandesceret modo atque exclamaret; verum etiam gestibus in decoris oculos & brachia hūc illūc digladiantium more transferret, multaque in Regem ipsum convitia evomeret, tanquam de religione actum esset, & Ecclesia vim indignam pateretur, si quem Clientem Regis velut ex gremio ejus summa Gallici Nominis contumelia captivum dolo surripuerat, & de ejus suppicio apud se Homo sanguinarius animo iam constituerat, reddere teneretur. Sed quid antiqua morarum? cum recentissimum exemplum hodie nobis Polonia sistat, bello civili ob electos duos apud se Reges misere turbata. Scimus enim qua non arma Pontifex Clemens primo moverit, pro Rege Augusto, quæ mandata ad Primatem cœterosque regni Episcopos dederit: quas minas & fulmina monitoria intentarit. Quibus hortamentis ipsi Stanislae Æmulo incutere terrorem fuerit conatus. Num vero propterea in eos, qui hactenus inobedientes se præbuerent, gravius quid decretum? num taciti aliqui fulminibus, cum toties intonuisse? Minime vero gentium: Res omnis intra oftenationem stetit, & vinxit quidem aliquando sanctissimus Pater: Verberare hactenus nunquam sultinuit: quidquid etiam Roma Orator Augusti Regis ad acuendam iram, armaque expedienda suggerat. Quin Pontifex alteri etiam parti, et si cum libertate sape loquenti aures suas præbet, jussitque defuncto

nuper

ne vel protestatione, r) quæ omnes inanes & nihili, vigore horum declarantur. s) In reliquis omnibus t) autem inter utriusque Religionis Electores, Principes, Status omnes &

B b 3

singu-

nuper Primiati ut justa fierent. Neque dubium, adjuturum tandem adver-
sa partis rationes, quamprimum com-
perit, fortunam belli eo inclinare. neque enim Romæ ullius amicitia tan-
ti est, ut cum periculo suo eam co-
lendam putent. Ubi hujus Aulae vir omnis & existimatim opinione constat,
quam ubi spreveris, reliqua nullum
pondus habent, nisi quod error alienus iterum commodat, ita non facile
majestatem suam in discrimen vocant,
cum deesse vident, qui justa sua exequi
velint, quibus apud se nihil opis ad me-
tum incutiendum. Nam singulari Nu-
minis providentia haec tenus factum
reos, ut qui tot seculis ad Orbem ve-
luti offrenatum suis ducant artibus,
eo venire potentia nuncquam tamen
potuerint, ut navicula sua pectoria
adverso etiam flumine unquam navi-
gare ausint reflante vento acriore, con-
fici nempe sibi, quam vana sit ira sine
viribus.

q) *quocunque tempore*) i.e. sive bel-
li, seu jam factæ pacis tempore: imo
quocunque tempore etiam post publi-
catam pacem, adeo ut, si quis vel hodie
contradicere vellet, ejus conatus pari
modo ex hac lege reprimenterunt.

r) *interposita contradictione vel pro-*

testatione) Contradictiones & prote-
stationes plerumque uno actu conjun-
guntur, addita etiam reservatione cu-
jusque juris competentis. Itaque non
opus est, ista hic subtiliter distingue-
re: alias omnis Protestatio contradic-
tionem continet. At postulant esse
contradictiones sine protestatione.

s) *que omnes inanes & nihili vigore
horum declarantur*) Recte. Sunt enim
judicia hominum de rebus & actionibus
nostris, ad quos nihil ista pertinent.
Nam dum simulant, se consulere nobis
& animabus nostris, manifesta præva-
ratione suis sunt intenti rebus: nam
quo plures sunt oves, tanto plus lanæ
tondetur. Sed & quibus bonis non
libenter cedunt, avaritia magis, quam
pietati imputandum est. Ridicula
profecto res, im pactum sacrilegii cri-
men, quia illa eadem potestas civilis,
quæ rem sacris dicavit, pro utilitate
publica, eandem potest reddere seculo,
si salus Reipublica id postulet. Quid
ad hominem alienum & longe a nobis
in exteris oris dissitum ea res? nisi
coeca reverentia nobis ipsi impedimen-
to esse mallemus. In ejusmodi ne-
cessitate non absurde dixit quidam Dux
Venetus ad nuncium quendam Apo-
stolium: *Sono Venetiani, doppo Chri-
stiani*

singulos u) sit æqualitas exacta, mutuaque, w) quatenus formæ Reipublicæ, x) constitutionibus Imperii y) & præsenti Conventioni z) conformis est, ita ut quod uni parti justum est, alteri quoque sit justum, a a) violentia omni & via facti ut aliás, ita

Itiani: i. e. primo Veneti sumus, deinde Christiani. Quo indicare voluit, si Pontifex ipsis erexit ire illud vellet, quo libertatem dignitatemque Venetorum gentis tueri oportet, se ne quidem Christianos tales esse cupere, qui obsequium aliquod se Pontifici deberent credant religionis causa.

t) in reliquis omnibus) i.e. in omnibus illis, de quibus Pax Religiosa, & hæc Westphalica non aliter disponit. Ut hi tam Polities, quam Ecclesiastica in medio relictæ intelligi, verosimile fit.

u) inter utriusque Religionis Status omnes & singulos) Statuum itaque hic ratio habetur, non privatorum, quibus singulariter cautum est infra §. 34. & 35. v. g. quas dignitates, immunitates & privilegia Status Catholicorum Ecclesiastici habent ex publica lege: illa Statibus Ecclesiasticis apud Evangelicos denegari non possunt. Unde observavimus, Ducem Brunsvicensem, Ernestum Augustum, dum Episcopatum Osnabrugensem obtinebat, ex Ordinis Ecclesiastici prærogativa, ad Catholicorum exemplum, ante Principes Seculares primum sibi locum vindicasse, non sine præjudicio propriæ domus,

w) sit æqualitas exacta mutuaque) Hæc æqualitas paulo post ita describitur, ut quod uni parti justum est, alteri etiam sit justum.

x) quatenus forme Reipublicæ) Quæ sit apud nos forma Reipublicæ, & quo nomine appellanda, absque ullo fructu diversimode haec tenus disputatum est. Sed qualis illa tandem fuerit, dicere in genere & summatis possumus, esse talam, quæ omnium Statuum exæquationem in Republica non admittat.

y) Constitutionibus Imperii) Interquas eminet Aurea Bulla, ex qua Eletores præcipua multa habent ante reliquos Status.

z) et præsenti conventioni) Quæ ex facto possessionis, certo anno habitæ, alium meliori loco & conditione præ alio censet. Videndum etiam, annon huic pertineat art. 8. Instrum. Pac. ubi Statibus antiqua jura, prærogativa, libertates, privilegia & reliqua confirmantur, quorum ea est natura, & conditio, ut inter omnes exacta æqualitas locus dari nequeat.

a a) ita ut quod uni parti justum) Quia hic de partibus sermo est, utique perspicuum, partes intelligi utriusque Religionis hoc sensu, ut quod uni justum,

ita & hic inter utramque partem perpetuo prohibita. b) b)

§. 2. II. **Terminus a quo Restitutionis a) in Ecclesia-<sup>Terminus
1624.</sup>
flicis**

stum, ne alteri diversæ Religionis ex eo, quod diversa Religionis est, injustum sit. Præterea in hac æqualitate servanda, perpetuo respiciendum est ad eos, qui de cetero ejusdem Status & conditionis sunt, excepta tantummodo Religionum disparitate. Abs hoc respectu si fuerit, inter diversos Ordine & dignitate multa uni iusta esse possunt, quæ alteri iusta sunt, aut saltem more patrio non permis- sa.

b) *violentia omni & via falli ut aliis, ita & hic inter utramque partem perpetuo prohibita*) Hæc verba, ut alias ita & hic, iterum manifesto probant, de Religione potissimum, & de iis, quæ ad illam spectant, agi.

§. 2.

a) *Terminus a quo restitutiois*) Postquam Transaction Passavensis & Pax Religiosa pro basi & fundamento hujus transactionis de compositione gravaminum substrata fuit, prima statim cura & inspectio est de restituitione eorum, quæ inter bellis vicies in Ecclesiasticis mutata fuere. Ubi post tædiosas disceptationes placuit tandem certum Terminum a quo flatuer, qui index & regula sit restituendorum. Quanquam vero Status Evangelici initio condentarent, ut omnia

hic esiam, sicuti cum restitutione ex amicitia factum, restituantur in eum statum, quo ante motus bellicos & restitutioñem unumquodque fuit; id tamen a Catholicis impetrari non posse, principium restitutiois ab anno 1620. repeatentibus, quo bellum cum Sueciis est initum. Tandem media via electa est, anno 1624. pro termino restitutiois assumpto: Atque id rursus dupli modo, pro restituendorum conditione. Nam Electores Principes & Status Imperii juxta Calendas Januarii dicti anni restitui placuit. At subditos eorum diversæ Religionis ex qualibet anni parte. Atque hujus distinctionis causa totus fere hic articulus stus in duas partes præcipuas dispersitus fuit, ex quibus una de Statibus agit ab hoc anno usque ad annum 30. inclusivo: Altera de subditis a anno 31. usque ad annum 44. etiam inclusivo. Hanc differentiam si plurimi Commentatores ad Instrumentum Pacis observassent; sane causam non habuissent, eur tantopere röderent unques, in conciliando hoc nostro anno cum anno inferiori 31. quos fere omnes una sententia inter se pugnare volunt, ridiculis distinctionibus tentata concordia.

b) in

sticis, b) & quæ intuitu eorum in Politicis mutata sunt, c) sit dies prima Januarii Anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti:

b) *in Ecclesiasticis*) Ecclesiastica hic sunt non religio modo, ejusque exercitium, cuius professio sine dubio in arbitrio Statuum a tempore Religionis Pacis semper fuit, ut hac quidem parte restitutione nulla opus esset; Sed in primis bona Ecclesiastica, eorumque opimas possessiones, tum iurisdictionis Ecclesiastica, & quicquid territorialis potestatis nomine venit, cuius rei causa bellum tot annorum praecipue gestum est.

c) *Et que intuitu eorum in Politicis mutata sunt*) Quæ in Politicis mutata sunt, ut beneficio hujus restitutionis fruantur, opus est, ut *intuitu Ecclesiasticorum* vel, ut *§vo 29.* habetur, *intuitu Religionis*, sint mutata. Ecclesiastica itaque simpliciter restituuntur, quo cunque etiam respectu, vel titulo mutationis in illis contigerit: Politica vero non aliter, quam Ecclesiasticorum intuitu, id quod in primis notandum contra nonnullorum cavillas & improbas elusiones, qui legi vim incofaciunt, quando contendunt, mutationem in Ecclesiasticis, quæ post annum 1624. facta oportuisse factum esse intuitu & odio Religionis. Quo calido invento eximere plurima, sibique retinere haec tenus conati sunt, quibus terminus Restitutionis ex anno 1624.

necessitatem restituendi imposuerat, manifesta calumnia, dum illud *intuitu Ecclesiasticorum*, ad ipsa Ecclesiastica absurdre trahunt, quod lex priuata characteristica restitutionis causa in Politicis unice definierat. Quia confusione multis huc usque, qui non satis diligenter attenderant, impositum est. Egregii ante alios ex hoc loco Sophistæ sibi esse visi sunt Jesuite Paderbornenses in causa Falckenhageni contra Comites Lippiacos, qui adeo Consilio Imperiali Aulico fucum facere hac utilitate non erubuerent. A gebatur scilicet res de Restitutione Monasterii Falckenhagen, quod Comites anno 1624. prima die Januarii sine omni controversia possederunt. At eum ejus restitutionem ex hoc loco & *§vo inferiore 25.* Comites peterent, post consecram pacem, negavere Jesuitæ, hanc obligationem ad se pertinere, addita ratione, quod ex legato Monasterium illud petierint, idque sententia Judicis consecuti sint, non intuitu vel odio Religionis, sed ex titulo civili, Legati, puta aut Donationis, miro illorum favore, quos non puduit statim ab absoluta pace, sanctimoniam ejus frivolis ejusmodi distinctione tentare. Et profecto ni Evangelici Status in tempore providissent, decreta restitu-

quarti: d) Fiat itaque e) restitutio f) omnium Electorum,
Cc Princi-

restitutione & absque mora executioni
mandata, post evaporatum exequendæ
pacis primum ardorem, Comites Lip-
piaci forte in hanc usque diem summa
eum injurya frustrati jure suo fuissent.
Quanquam ne sic quidem ab omni
persecutione tuti sunt & molestia
vacui, quando a facta etiam restitutio-
ne, jam supra quinquaginta amplius
annos turbantur subitis mandatis, ex
Consilio Aulico emendatis, quibus id
unice agitur, ut possessione Jesuitis re-
stituta, ejeciti Comites, & ad petitorum
rejecti æternis litibus vexarentur, qua-
de re forsitan plura ad h̄um 25um.
De cetero memini occasione hujus lo-
ci quæstum etiam fuisse: Si quis initio
Religionis vel Ecclesiasticorum intuitu
non fuerit dejectus, verbi gratia, digni-
tate & munere Senatorio, sed alii ex
causis, veluti irrogatae multæ nomine,
aliquo crimine promerita, postea vero
Catholicis forte, qui eadem culpa tene-
bantur, restitutis, ipse intuitu Religio-
nis preferre pœnam porro debuit, ne
in statum illum restitueretur, quem an-
no 24to habebat, an ex hac lege resti-
tutionem petere nihilominus possit?
Certe non videtur; initium enim de-
jectionis est inspicendum. Nam si ex
hoc restitutio secundum formulam le-
gis non debetur, ea, que post hæc con-
tingunt, cum in arbitrio Principis sint

posita, vix est, ut impetrare restitutio-
nem possint.

d) Sit dies prima Januarii anni 1624.)
Quæstum est, num hæc prima dies
Januarii secundum computum Calen-
darii Gregoriani, an veteris Juliani sit
numeranda? Quia illud, ipsi Catholici
intelligunt (*vid. Buckisch ad b.l.*) in hoc
Evangelici tanto Lubentius eis conce-
dere possunt, quod hic terminus resti-
tutionis decem diebus longius retrah-
atur, quem initio voluere amplius ad
annum usque 18. vel 21. extendi. Ac-
cedit, quod honori Cæsaris datum fue-
rit, ut diem confecti Instrumenti Pacis
14. Octobris ad rationem Calendarii
novi notariint, que dies 24. fuisset, si
Julianu ducentum sequi placuisse.

e) Fiat itaque) Hinc incipit primum
caput hujus articuli de Restitutione.
Statum utriusque Religionis, com-
prehensa libera Imperii Nobilitate, ut
& Communitatibus & pagis immedia-
tis. Atque id ipsum ex hoc loco adeo
manifestum mihi videtur, ut mirum
sit, fuisse qui hæc de redubitarint. O-
mnes enim, qui hic ut restituendi enu-
merantur, immediati sunt; Communi-
tatibus etiam & pagis non omisis,
quorum alias rarissima inter immedia-
tos fit mentio, cum pene nullo numero
in Republica sint.

f) Restitutio) Omnis quidem Resti-
tutio

Principum & Statuum utriusque Religionis, g) comprehensa li-

tutio præsupponit dejectionem sed ne
legi fraus fiat, constitutio applicanda
etiam est illis, qui vel nunquam dejecti
fuere, vel amissam post annum 24 tum
possessionem interea recuperarunt, an
tequam pax fieret. Etsi enim illi resti
tutione non opus habent, cum re ipsa
fruantur; beneficio tamen legis pari
ture cum illis gaudent, qui post pacem
ex formula ejus restituti sunt. Ambo
enim ab omni persecutione juris & fa
cti in perpetuum securi sunt ex solo
illo statu, qualem anno vigesimo quar
to intuitu eorum fuisse compertum est.

g) *Electorum Principum & Statuum
utriusque Religionis*) Notandum hic
singulariter & cum attentione, restitu
tionem fieri Electorum, Principum &
Statuum: non vero ipsius Status eu
riusque loci, quo Ecclesiastica & Politica
anno dieque conventu fuere: id quod
postea in executione Pacis multis & im
peditis litigiis oceationem dedit. Ex
hoc enim mox quatuor illa dubia ena
ta sunt, quæ in Comitis Superioribus
Catholici proposuere, & quæ decisa ex
sententia Statuum volebant, antequam
de restitutionibus residuis cum fructu
agi posset. Et profecto non idem est,
Electores, Principes & Status in eum
Statuum restituer, quo prima die Ja
nuarii anni 1624ti fuere: & statum ip
surum rerum, uti tunc sicut, restituere,

cum Homines Statum suum faciliter
mutare possint, quam ipsa loca. Non
esse de nihilo hanc distinctionem, de
clarabimus infra ad §. 31. luculentis
rationibus. Hic exempli tantum loco
sit, quod Status Catholicj jure suo re
formandi non sic abuti potuisse, uti
haecen factum, si non subditi in pri
mula sacra, sed ipsa sacra certum in Sta
tum fuissent restituta, cum hac securi
tate, ne moveri possint. Semper enim
certius constat de Statu loci, quam de
Statu personæ in loco. Animadver
tere hoc post pacem Evangelici, atque
adeo legem hoc sensu intelligendam es
se in Conventu Francofurtensi multis ar
gumentis pugnare, quæ tum Legatus
Saxo in causa Hildesicensi longo ordine
adduebat. Sed facile suboluti Catho
licis, quantum inter hæc intersit; ita
que non passi sunt verba legis sibi e
ripi, praetextu intentionis Pacificentium,
de qua ex lege ipsa sit judicandum,
non aliunde. Unico exemplo rem
manifestabo. Fuit in aliqua urbe, cer
toque ejus facello anno 1624. nullum
nec Catholicæ nec Evangelicæ Reli
gionis exercitium. Post illum annum
Dominus loci ibi sua Religionis ex
ercitium instituit. Confecta pace, re
clamant subditi diversæ Religionis, &
restitutionem petunt Status dicti anni.
Jam si Pax de Statu loci decrevisset,

EGS

sa libera Imperii nobilitate, h) ut & communitatibus & pagis immediatis i) plenariè & pure, k) cassatis omnibus in-

Cc 2

terim

res sane plana foret: quando autem Tabulae de Statu hominum cuiusvis conditionis loquuntur, docenda utique erit possessio juris, seu facti saltem, prohibendi, ne sacra illie locorum fi-
ant, alias Domini Territorii conditio-
potior est propter jus reformati.

b) *Comprehensa libera Imperii No-
bilitate*) Supra ad hæc verba ego no-
tavi, cum inter Status, Civitates libera
Imperiales suo fint loco, post quas de-
mum ponatur libera Imperii Nobili-
tas, hunc ordinem inter alia pro argu-
mento esse, Civitates Nobilitatem ante-
cedere. Enimvero cum infra §vo
28. Libera & Immedia Imperii No-
bilitas liberis Imperii Civitatibus præ-
posita inveniatur, fateri jam cogor,
argumentum illud ab ordine hoc du-
ctum, nihil valde concludere: & pos-
sunt utique verba *comprehensa libera
Imperi Nobilitate* sic intelligi, quasi
inter Status comprehensa sit, non ad-
ditio, quo stare loco debeat: quamvis
cum Nobilitas ista propriè non sit Status
Imperi, aliud dubium remaneat,
quomodo comprehendendi inter Status
possit? Cœterum liberae Civitates con-
tra Ordinem nobilem longe fortiori
causa agunt ex jure liberi suffragii,
quo partem habent in administranda
Républica, & tertium Collegium Im-

perii constituant cum voto decisivo,
ita ut ex semissæ Imperii, quam penes
Status esse vulgo perhibent, rursus
trientem si collegia computes, posside-
re videantur.

i) *ut & Communitatibus & pagis im-
mediatis*) Istorum pagorum aliquos
recenset hoc loco Buckisch. Interea
quia saltem pagorum immediatorum
hi sunt mentio, & preterea de Subditis
mediatis infra peculiari loco & longo
ordine ex professo agitur, mihi hercle
videntur illi rectius sentire, qui ab hac
constitutione, quatenus scilicet hac se-
cundo §vo est comprehensa, mediatos
tam Status quam Subditos exclusos vo-
lunt. Neque tanti hercle sunt dissen-
tientium rationes, ut propterea muta-
re sententiam nostram sit opus. Vi-
deamus in compendio, quibus armis
pugnant. Primo se fundant in *Paci-
fientium intentione*, quorum mens fue-
rit, ea media adhibere, quibus una o-
pera removeri omnes controversias,
& decidi dubia possint; At hoc fieri
melius non potuisse, quam si verbis Pa-
cis strictè inhæreantur, & decisionem
omnium dubiorum ad certam quan-
dam & generalem regulam mensure-
mus. Respondeo: Quod si ex strictis
legis verbis de mente Pacientium
judicandum, vicit procul dubio nostra
senten-

sententia, cum hoc loco non nisi *Immediatorum* lex meminisse inveniatur: alio vero loco itidem *mediatorum*, Neque fieri cum ratione potuit, ut una regula generali comprehendantur, quorum longe diversa est conditio, & de quibus adeo ipsi *Paciscentes* diversa statuere voluere. *Recte* igitur repositum a *Catholicis* der Art. 5. §. 2. gesetzte general-terminus des 1. Januarii des 1624. Jahrs betreffe allein die *mittelbahre Stände* *Communityen* und *Dörffer* nicht aber *mittelbahre Lands*. *Stände* und *Unterthanen*, vor welche das ganze 24ste Jahr/ und zwar nich simpliciter, wie bey denen immediatis, sondern per exceptionem a regula, als ein neues/ ihenen vorhero nicht zugestandenes *Recht* angesetzt worden.

Alterum fundamentum dissidentium est, Weiln sonsten utar verbis ipsis, uti in *Protocollo leguntur*, mit etwas überstand wenig Zeilen hernach dieses Jahres und Tages wiederumb gedacht würde: innunatur scilicet his verbis ultima hujus paragraphi reductione ad Statum dicti anni dieque in omnibus facta. Sed tantum abest, ut mihi hic quicquam indecens aut saltem superfluum videatur, ut potius hanc necessariam repetitionem duxerim, cum plura contineat, certe luculentiora. *Decreta* enim in Superioribus simpliciter restitutio, ad Statum, anni 1624. 1. Januarii, bis ipsis explicatur, quod scilicet-

fieri ita debeat, ut omnia in omnibus ad Statum dicti anni dieque reducantur.

Tertium fundamentum in eo collocant, Weiln die Disposition gedachten §. 2. und dessen Connexion klar weise/ daß nach gemachter regul von derselben nicht allein ad Status immediatos, sondern auch alle nachgehende inferiret werden. Sed hæc recitasse refutasse est, cum plane aliud ex hoc textu eluceat: neque obstat vocabulum *itaque* quod ajunt apud Latinos illativum esse. Esto enim, certe plus inferre non potest, quam quod conceptis verbis declaratur. Erat scilicet in proxime præcedentibus Terminus Restitutionis a quo paulo generalius postus: Hic itaque resstringitur ad Calendas Januarii pro Status immedias. Nam hoc termino non constringi *Mediatos* Status & subditos, manifestum est ex inferiori §vo 31, ubi his totus annus vigesimus quartus, & quælibet eius pars pro termino restitutionis ponitur, id quod conciliari nullo modo cum hoc nostro §vo 2do posset, si *Mediatos* etiam inter illos numeramus, quorum restitutio hic decreta.

Quartum fundamentum ex §vo 23. desumunt, Weiln daselbst und es he man noch auf den zisten Hyum komme/ de mixtis Episcopatibus, und wie es mit dem Exercitio Religionis zu halten/ etwas statuere werde/ woz aus die Intention zu sehen/ weiln in Epi.

Episcopatibus mixtis nicht lauter Status Immediati seyn. Respondeo, non est haec nostra sententia, Suum hunc secundum non de aliis agere, quam de Statibus Immediatis: Sed negamus, illum de aliis agere, quam *Immediatis*, sive Status sint Imperii, stricte sic dicti, sive non. Fit enim etiam mentio expressa immediate Nobilitatis, uti & Communitatum & Pagorum Immediatorum, qui Statuum numero proprie non veniunt. De coetero an Capitulares, aut Canonici in Bonis Ecclesiasticis Immediatis, sive Archiepiscopatus sint, sive Episcopatus, &c. quorum illi post Principem maxima pars sunt, proprius ad Mediatos quam Immediatos accedant, jam non placet inquirere. Certe vacante sede representant ipsi Principem, atque hoc etiam superflite in communionem regiminis admittuntur, quam nomine Principis expedire soleant, quæ ad publica spectant, quemadmodum Venetiarii Dux suo nomine administrat omnia, cum interea vis Imperii apud Rempublicam & Senatum sit, cuius iussu decernere nihil potest, quod ad rerum summam spectat, ni de capite suo velit periclitari. Quicquid sit, statum procul dubio est ob causa continentiam, ut, postquam de Episcopatibus actum, Canonorum sive Capitularium causæ statum conjungentur. Nam hunc unum Suum 23, si exceperis, reliqua omnia & anteriora

& sequentia usque ad Suum 31. de solidis Statibus & aliis Immediatis loquuntur. Notum autem est, unam hirundinem non facere ver.

Quintum denique & ultimum argumentum ita formatur; Weiln die Restitution geschehen solle in Ecclesiastis; die Ecclesiastica aber nicht als leiu Immediatos, sondern auch Mediatos betreffen so sei dahero dieser §. 2dus auff beede zu ziehen. Respondeo: Si generatim lex diceret, *Fiat restitutio omnium*, neque statim sequetur enumeratio illorum, quos inter omnes comprehendi voluit, speciem aliquam haberet haec ratiocinatio. At ubi non sufficienti modo enumeratio ne partium ordine & diligenter defungitur; Verum etiam de illis, qui ad Classem Immediatorum non pertinent, alio loco, modoque diverso separatim & ex professione tractat, nihil sane est, cur existemus, conjugenda nobis esse, quæ Pacientes tanta sollicitudine & cura ab invicem disjungere. Ut jam nihil dicam, hic separatione miram lucem affundi plurimis in Pace Westphalica locis, quæ minus recte intelliguntur, ubi semel locum facimus confusioni.

k) plenarie & pure) Plenarie, protut nimurum unusquisque dicta die & anno possedit; & pure, non attentis ullis exceptionibus.

terim l) in istiusmodi causis m) latis, publicatis & institutis

l) *Causatis omnibus interim &c.)* En aliam differentiam restitutio ex capite gravaminum a superiori illa ex capite amnestiae. Illis nimurum secundum artic. 3, §. 2, sit restitutio salvis latis pendentiis defuper in Aula Cœsarea fore in Camera Imperiali vel aliis Imperii immediatis aut Mediatis Dicasteriis revertentibus. Hic vero, *Causatis omnibus interim in ejusmodi causis, latis, publicatis & institutis sententiis.* Illic cuique sive restituenti, sive restituendo, sive etiam tertio salva sunt jura sua quaecunque. Hic transactiones, pacta, decreta, quin ipsa Executiones reseinduntur. Illic restituenti integra relinquitur jure experiundi facultas cum restituto. Hic semel restitutus posthac in habita, vel recuperata possessione nullo modo turbari amplius potest, sed ab omni persecutione juris & facti perpetuo tutus est, donec controverbia Religionis compositæ fuerint. Hac adeo ex Instrumento clara sunt, & perspicua, ut omnino sit mirum, plurimos Commentatores tanta societate & cœcitate agere potuisse, ut existimat, in sola terminorum restitutio nis a quo diversitate omnem differentiationem utriusque Restitutionis constare, qua sententia profecto excogitari nihil potest, quod absurdum magis & a mente pacientium alienius sit. E-

rit autem opere pretium, ex hac occasione totum illud argumentum ex integrō tractare, ut uno velut conspectu coasset, quantum interstet inter utramque restitutio nem, illam inquam ex capite amnestiae, & alteram ex capite gravaminum. Ac primo quidem in hoc genere caesarum in universum est verum, qui restitutio nem petit, habere, cur dejectionis alterum accusare possit. Fieri enim nequit, ut unius petendi super sit facultas, ubi de altero non suppetit querela. Interea nihilominus inter hæc duo prima est differentia, quod remedium ex amnestia in tempus saltem præsens sit comparatum, illud vero de gravaminibus in omne tempus, adeoque etiam futurum. Nam qui ex bello nihil turbatum amissumque habet, cuius petere restitutio nem possit, illi etiam actio restitutoria hac amnestiae publicatae formula non datur, etiam si post pacem aliqua suarum rerum parte fuerit loesus: cum alter, cui tempore pacis occasio ex bello defuit, petendæ restitutio nis ex capite gravaminum, hoc juris interea sit consecutus, ut turbatus etiam aut dejectus post pacem omni reliquo tempore experiri beneficio legis possit, qua nomine gravaminum in turbatores etiam futuros latitare est: quia per hanc ipsam legem ex nudo

nudo facto possessionis questum, &c perpetuum jus habet in re Ecclesiastica, quod omnia anteriora aliorum iura absorbet & extinguit. Sane quidem concessum nemini est, ut post pacem alium turbet, eique vim inferat. E enimvero cum illud sit in Politicis, cessa-
t natura sua remedium ex amnestia, quod facta tantum in bello præterita resipicit, & suppetunt cum beneficia juris ordinaria, tum in primis actio ex formula Pacis artic. 17. §. 4. præscripta. At qui in Ecclesiasticis vel etiam in Politicis intuitu Ecclesiasticorum ita turbatus, aut quoconque modo affectus injuria est, et si ex eadem formula agere possit, fundamentum tamē sue actionis in illa transactione habet, quæ de gravaminibus Religionis articulo quinto longo ordine prodita est, quod diversum in amnestia, quæ hostiles quidem lassiones ante pacem corrigit, de reliquis vero post illam judicare alias leges sinit.

Altera differentia est, quod amnestia non ad quasvis lassiones, injurias aut damna, medio bello data pertinet; sed ad illa solum, quæ occasione Bohemiae Germaniae motuum, aut foederum hinc inde contractorum sunt illata: nam si quis extra hos respectus mali quid est perperius, illi restitutio ex amnestia non succurritur, sed ordinario jure contra adversarium experiendum erit. Cum quæ res ex formula gravaminum repetuntur, aut defenduntur, carum causa judicanda sit,

sola possessione certo anno dieque habita, nullo omnino motuum Bohemiae Germaniae, aut foederum, hinc inde contractorum ratione. Nam hoc unum sufficit posse, neque amplius de titulo queritur, neque de occasione, qua quis possessionem nactus est.

Tertia differentia in eo consistit, ut, qui amnestia frui vult, cum oporteat docuisse, injurias sibi esse illatas, vel damna data ab altera belligantium parte, non vero a sua. Vid. Art. 2. ibi ab una vel altera parte ultro ei-
troque hostiliter facta sunt: item artic. 3. §. 1. ab una vel altera parte. At restitutio ex capite gravaminum peti potest, quando me aliquis mearum etiam partium possessione dejecit, modo diversa a me Religionis fuerit.

Quarta differentia. Restitutio ex amnestia datur etiam inter Consores ejusdem Religionis; altera vero de gravaminibus non aliter, quam si partes diversæ Religionis sunt.

Quinta differentia. Restitutio ex amnestia peti potest in sacris & profanis, nullo discriminine. At vero altera ex parte gravaminum non datur nisi in Ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in Politicis mutata sunt.

Sexta differentia. Restitutio ex capite amnestia fit *eum utrumque in Statum*, quo quis ante definitiōnem gavilus est. At illa ex capite gravaminum, indistincte in Statum anni vi-
gesimi quarti, primæque diei Januarii, f. im:

Si immediatus fuerit; aut cuiusvis anni partis, si Mediatus.

Hinc fluit differentia septima. Quod scilicet restitutio ex capite amnestiae pro sit utriusque parti, & ei qui restituit, & ei qui restituitur. Conservantur enim illi etiam sua jura in re, quam restituere debet. At restitutio ex capite gravaminum, quia cujusque partis jura sola certi temporis possessione definit, nocet restituenti semper & sine conditione: in quantum scilicet restituit. Nam transferuntur omnia in eum, cui sit restitutio ut nec pacta, nec transactiones, neque sententiae latæ: imo ne executiones quidem in contrarium allegate audiuntur, cum nuda illa possessio, lego sic jubente, certissimus sit acquirendi, transferendique Dominii aliorumque iurium modus, quo omnes aliorum causæ & petitiones, utinque de cœtero justissimo titulo nixæ absorbentur & extinguuntur. Descendendum hoc necessario fuit, cum nulla alia ratio esset componendorum gravaminum religionis.

Octava differentia; Restituendus ex capite amnestiae non in eum modo statum restituitur, quo ante destitutionem est gavisus, sed & in eum quo *jure gaudere* potuerit. Cum qui ex capite gravaminum restituitur, nihil ultra modum atque cancellos habita anno 1624. possessionis petere amplius possit. Illi non nocet, neque fraudi esse debet, si jure suo, quo plenius an-

te destitutionem uti poterat, non sit usus. Sive quod impeditur ab alio sit, seu quia occasio utendi tunc non erat, quod in actibus discontinuis sœpe evenit: Sive quod ei non lubitum erat. At vero huic nudus Status, nondumque factum possessionis dicti anni metam quasi figit, terminumque utendi juris sui ponit, quem movere non licet, non attento cujusque partis jure aut titulo. Imo etiam si ipse ante illum annum re illa uti liberius potuisse, si modo hoc anno ab alio impeditus aut prohibitus fuerit, jure id si ve injuria factum, nihil intereat.

Denique Nona & ultima differentia, ante alias loco præcipuo notanda, quod tales restitutions ex amnestia omnes & singula intelligenda sint *salvis juribus quibuscumque*, sive restituem, sive restitendo, seu cuivis tertio competentibus in bonis restitutis sive Ecclesiasticis sive secularibus, salvis item lisis pendentibus quibusvis, in Dicasteriis seu immediatis, seu mediatis, verientibus. At qui ex formula gravaminum restituuntur, tuti perpetuo atque securi sunt ab omni persecutio ne juris & facti, hoc artic. 5. §. 25. fin. cassatis omnibus interim in ejusmodi causis latis, publicatis & institutis sententiis, decretis, transactionibus, pactis & executionibus. Igitur restitutus ex capite amnestiae vocari iterum eadem de re in jus & quavis actione competenti conveniri potest, sive is ipse fuerit, contra quem restitucionem obtinuit, sive

sive alius tertius. Restituti autem ex capite gravaminum nulli amplius respondere tenentur, qui item de re suicitare volunt; Sed tueri se possunt perpetua finita litiis exceptione, quæ actionis peremptoria est, & omne iudicium tollit. Unde eorum error, ut hoc denuo moneam, abunde detegitur, qui restitutos ex amnestia eadem securitate, eademque juris firmitate gaudere existimant, qua illi gaudent, quibus ex capite gravaminum indulgetur Restitutio. Illa nihil novi iuris confert: Hæc est novus acquirendi Domini modus, sive titulus publicæ tranquillitatis causa inventus primum a Pacientibus, & deinde in Imperio lege seu Constitutione Pragmatica auctoratus. Adhæc qui attendunt animum, facile evitaverint iniarias, quæ incautis plerisque stru solent, confusione effectuum diversorum utriusque Restitutionis; Nempe meliori aliquando agunt conditione, qui restitutionem ex lege amnestia petunt, quam qui ex lege gravaminum. Sed ex adverso est alio respectu beneficium restitutionis ex capite gravaminum, longe pinguius altero, quod de amnestia est proditum. Hinc si quis forte e. g. ante annum vigesimum quartum in possessione aliquipus rei Ecclesiasticæ, aut exercitii Religionis suæ fuit, postea vero illa se dejectum ita sentit, ut de possessione, dicto anno habita, docere non possit: is propediem con fugere solet ad legem, de amnestia la-

tam, atque ex ea restitutionem petit eum in Statum, quo ante desstitutionem fuit: Cumque adversarius excipit, restitutionem quidem hoc nomine ipsi deberi, sed interea sibi etiam sua jura salva & integra relinquiri, ac proinde causam ipsam de exercitio vel re Ecclesiastica de integro in disceptionem trahendam esse; alter confessim, ut judicium declinet, le §v 13. articuli nostri munire conatus, ubi traditum est cautumque, ne terminus anni 24ti prejudicium creet illis, qui ex capite amnestia sunt restituendi: quo effugio multis hactenus est impossitum: cum tamen iste §v 13. (de quo suo loco ex professo erit dicendum) non dicat, eum, qui ex capite amnestia restituitur, omnium iurium esse partipem cum illo, qui restitutionem ex capite gravaminum est natus, sed simpliciter & nude illud solummodo, terminum illum arctiorema anni 24ti, qui omnibus ex lege gravaminum restituendis, nullo cuiusquam discrimine est positus, non debere præjudicare illis, qui de restitutione ex lege amnestia agunt, qui hoc anno non coarctantur, sed petere restitutionem, possunt eum in statum, quo ante desstitutionem fuere, postea vero quocunque tempore, occasione Bohemæ Germaniæ motuum, re vel jure aliquo suo dejecti sunt. De cetero in universum manet verum fixumque, eum qui uno vel altero remedio experitur, nihil sibi de illo polliceri plus posse,

tis n) sententiis, decretis, transactionibus, o) pactis seu dedititiis, seu aliis, p) & executionibus, q) reductione ad Statum

quam cuique lex tribuit. Ita qui ex amnestia est restitutus, pati alterum debet jus adhuc suum legitima via persequi, quod ei integrum per pacem est servatum. Qui vero ex capite gravaminum restitui vult ad consequendos effectus, qui hoc remedium manent, eum oportet omnem spem suam et suffugium in possessione collocare, anno vigesimo quarto habita, misericordie protinus facere terminum, restitutio[n] ex amnistia positum, ex quo securus nunquam fieri poterit à metu, ne alter eum illam denuo post factam restitutionem, vindictet alio titulo. Sed de his nunc satis.

m) in istiusmodi causis) In causis scilicet Ecclesiasticis, vel etiam in causis Civilibus sive Politicis, quatenus respectum aliquem ad Ecclesiastica habent, quorum intuitu mutatio contingit.

n) latis, publicatis & institutis) Ut ferre & publicare sententias recte dicimus; de decretis etiam hæc duo verba uterque tolerari possunt: ita quo tertium, institutis, respiciat, non sine causa quis dubitet. Nam eti ad transactiones, pacta & executiones referre velimus, vero, ne sic recte loquamur de pactis, transactionibus atque executionibus jam absolutis per-

fectisque; ast imperfecta rescissione non habent opus. Sermo itaque hoc loco ἀνυρολεξίαν vix effugiet, nisi suppletatur ex Ἡρο 25, de litis pendentibus seu litibus motis, id est, institutis actionibus. Neque dubium est, haec subintelligi etiam: In quibus enim causis sententiae latæ & publicatae, immo factæ iam executiones resciduntur, ibi multo magis æquum est, tolli & aboliri lites in judicium deductas, ibique adhuc pendentes. Sed fortassis sententiae institute hic dicuntur, quæ post relationem, in causa factam, scriptæ quidem a Judice, sed latæ vel publicatae nondum sunt: quanquam hoc ipsum etiam minus proprie, nisi fal- lor.

o) Sententiis, decretis, transactionibus) Sententia est, quam Jūdex pronunciat. Decretum, quo Princeps inter partes litigantes, causa, cognita, jus dicit. Transactionis fit super re dubia vel litigiosa, dato, aliquo retento.

p) pactu seu dedititiis seu aliis) Dedititus est, qui le in alterius potestatem seu imperium dedit, ut apud Curtium deditiorum multitudo: & apud Cæsarem, Belga deditiū. Non multum aberant a captivis sive servis, nisi quod imaginaria quadam libertate gaudabant, sic tamē, ut ad veram li- bertate-

bertatem Romanæque Civitatis jura pervenire nunquam potuerint. Hocum nomen postea ad eos etiam est translatum, qui se in defensionem, protectionem & tutelam alterius potentioris dedidere, invito Domino Territoriali, aut in præjudicium ejus. Hinc pacta dedititia, quibus ejusmodi deditio converta. Sed cum hic non tam de subditis, quam ipsis immediatis Statibus agatur, pacta dedititia forte intelligenda sunt, qua Status quidam imbecilliores coacti fuere intercum potentioribus, iisque Ecclesiasticorum suorum curam commendare, aut que inter dæctionem hosti factam extorta sunt a se dendentibus, damno eorum atque præjudicio: id quod Augustane Civitati primis accidit, cum se Cæsarianis dedere inquisimis conditionibus fuit adacta. Sunt adhuc alia pacta dedititia, Capitulatione Leopoldina art. 8. prohibita, quibus protetio aut patrocinium externis Principibus in Status quosdam & Civitates Imperii immediatos mediatoresque, quæstitum est, sive illud concessione Imperatorum factum, sive externi illi haec usurparint, aut pacto sibi compararint, sive denique dicti Status & Civitates sua sponte in clientelam alterius se dedidere. Ejusmodi pacta dicto loco Capitulationis vocantur Schutz- und Schirm-Briefe, cujus prima mentio capitulatione Ferdinandi IV. facta, monente Trevirensi ad Artic. 6. uti Protocollum de 22. April-

lis st. v. 1653. testatur: Weiln zu vernehmen daß einige ausländische Potentaten sich unterstanden über mediat-Stände des Reichs einige Schirm-Gerechtigkeit zu prætendiren/ da dann aus einer schlechten differenz zwischen Herren und Unterthänen gar leicht ein blutiger Krieg entstehen könne/ als wäre gewisse Vorbehaltung zu thun. Man wisse daß die alten Herzoge von Lüzelburg eine Protection auff die Stadt Trier prætendiren/ und was daraus zwischen Frankreich und Spanien vor ein Krieg entstanden. Die Franzosen hätten ad 1632. die Stadt eingenommen/ die Spanier aber wieder beläuft/ und den Churfürsten nacher Niederland gefangen geführet. Es sey auch bekant/ daß der Prälat zu Maximin durch Kaiserliche Decreta instituirt sey/ deme sich die Franzosen wiedersehet/ und mit der Commission einzuhalten begehret hätten. Weiln nun solche Verbündnisse höchstschädlich/ hätten si diese Erinnerung thun wollen; stelleten dahin/ ob nicht dieses passus halber ein neuer Article der Wahl-Capitulation inseriret/ und solche Protections-Ubung verbotten werden möchte. Cui monito sessione quarta die 25. April. st. v. sequentia addidit Legatus Saxonius: Weiln Se. Churfürstl. Durchl. zu Sachsen/ so viel diese Schutz-Ge rechtigkeit betrifft/ von Kaiserlicher Majestät unterschiedliche Protectoria hättten/

Augsburg.

tum dicti anni dieique in omnibus facta. r)

§. 3. Civitates a) Augusta Vindelicorum, Dunckelßühla, Biberacum & Ravensburgum, retineant bona, Jura & exerci-

hättent/ so bate man dieser Clausul anzuhängen / daß solches denen Reichs-Fürsten an ihren juribus Protectionis unpräjudicirlich seyn solle. Wenn auch die Reichs-Stände Etio ne Protection solten suchen können/ so schiene es/ als ob hierdurch dem Instrumento Pacis circa potestatem foederum pangendorum etwas derogirt würde. Dershalben etwaan die Worte immediat-Stände auszulassen wären. Endlichen werde es schwerlich seyn können/ alle iehige Protectiones aufzuheben. Denn es habe das Reich selbst/ wie bey Burs gund zu sehen/ seine Protection. Stelle es derowegen zu western Be denken. Sed his non obstantibus manst res, & novus articulus ad eum raodum compositus fuit/ uti in utra que Capitulatione legi potest.

q) Et Executionibus) Refeindi sępe Executions, in Ecclesiasticis factas hac Westphalica Pace, non est mirum. Pleraque enim illarum inter motus Civiles, in primis post propositum illud Ferdinandi II. editum damno rei Evangelice, & summa cum injuria Statuum Protestantium factæ erant.

r) reductione ad Statum dicti anni dieique in omnibus facta) i.e. ut quo

quisque Statu Electorum Principum & Statuum Imperii utriusque Religionis anno 1624. prima die Januarii fuerit, in eum in omnibus restituatur. Hoc enim sibi haec verba volunt; quominus enim illa de Statu loci vel rerum accipi possint, obstant, quæ paulo ante præcessere, *Fiat restitutio omnium Elettorum. &c.*

§. 3.

a) Civitates) Hic ante omnia specialiter de restitutione quatuor Civitatum Imperialium, utriusque Religioni addictarum, qua nominantur, convenitum est. Sed quia de quatuor tantum, Catholici posthas male de iis conventa ad omnes Civitates mixtas extendere conati sunt, cum de reliquis infra §. 29. separatim cautum fuerit. Sunt autem quatuor istæ Civitates Augusta Vindelicorum, Dunckelßühla, Biberacum & Ravensburgum. Cur opus fuerit, ut illarum expressa mentio fieret, ejus rei rationem reddit Oberchtus hoc loco, ubi in primis laudat Lehmanni Scriptum de Pace Religiosa, pro meliori intellectu corum, qua sic pastæ sunt. Nos sicuti Historica non valde prosequimur, sed de verbis tantum legis, eorumque vero sensu matrice laboramus lectorum eo remittere.

xercitium b) Religionis c) dicti anni dieique; sed ratione dignitatum Senatoriarum aliorumque munierum publicorum, sit inter utriusque Religioni addictos æqualitas idemque numerus.

§. 4. In specie autem a) quoad Civitatem Augustam, sunt septem Senatores Consilii Secretioris ex familiis Patriis delecti, ex his desumpti Reipublicæ Praesides duo, vulgo Stadt-Pfleger dicti, unus sit Catholicus, alter Augustanæ Confessionis. Ex reliquis quinque, tres Catholicæ Religioni, & duo Augustanæ Confessioni addicti. b) Senatores re-

Dd 3

liqui,

tere sine instituti nostri mutatione possimus.

b) retineant bona, jura & exercitium Scilicet sit distinctio inter bona, jura & exercitium Religionis: & inter dignitates Senatorias aliaque munera publica. Bona enim, jura & exercitium Religionis retinet ibi unaquæque pars, prout ea dicto anno die que possederat. Ratione vero dignitatum Senatoriarum aliorumque munierum publicorum inter utriusque Religioni addictos æqualitas sancitur, idemque numerus: quod ultimum quantis difficultatibus apud Tractatus Pacis involutum fuerit, & quantopere Magistratus Catholicus Romanus contra hanc æqualitatem ubique reclamaverit, ex Theatro Europæ videri potest apud Buckisch ad hunc locum.

t) Bona, jura & exercitium Religionis) Hoc non de bonis tantum & iuribus Ecclesiasticis intelligo, sed & a-

lis Politicis, si quid in iis intuitu Ecclesiasticorum mutatum est per vicem temporum & ex bello occasione de exercitio Religionis res difficultate caret.

§. 4.

a) In specie autem &c.) Hic hucus cum sex sequentibus ordinat Statum Civitatis Augustanae in Politicis, ubi tamen in dignitatibus Senatoris æqualitas illa, supra descripta, idemque Senatorum numerus omni ex parte non servatus est. Nos si contra institutum nostrum hic pauciora adnotamus, improbari id nobis non debet. Sunt enim res transactæ diuque executioni mandatae, quarum notitia ex ipso Statu Civitatis Augustanae, prout secundum hæc conventa in praesentia constitutus est, optime petitur.

b) ex reliquis quinque tres Catholicæ Religionis, & due Augustana Confessioni addicti) Hac parte deterior Evangelici-

liqui, Senatus, ut vocant minoris, nec non Syndici, Assessores Judicij Urbani, aliquae Officiales omnes sint æquali numero utriusque Religionis. Quæstores rei numerariae sint tres, quorum duo unius, terius diversæ religionis, c) ita quidem, ut primo anno duo sint Catholici, unus Augustanæ Confessionis altero, duo Augustanæ Confessionis & tertius Catholicus, & sic deinceps alternando singulis annis.

§. 5. Præfecti rei tormentariae a) itidem tres parique annua alternatione. Idem etiam circa curam collectarum, annonæ, b) ædilicij muneris, & si quæ alia sunt officia, quæ tribus committuntur, obtineat. Ita quidem, ut si uno anno, duo officia (veluti Quæstura & cura annonæ vel ædilicij muneris) penes duos Catholicos & unum Augustanæ Confessionis sint, eodem anno duo alia officia (veluti præfectura rei tormentariae & collectarum) duobus ex Augustana Confessione & uni Catholico committantur; sequenti autem anno circa hæc officia duabus Catholicis, duo Augustanæ Confessioni addicti, & uni Catholico, unus Augustanæ Confessionis surrogetur.

angelicorum causa facta est, neque item numerus, Catholicis uno Evangelicis vincentibus; quod in Confilio Secretiore, cuius maxima est aueritas, nequaquam pro exiguo lucro reputari a Catholicis debet; præcipue cum Evangelicis hæc iactura in aliis muneribus publicis non videatur reparata.

c) quorū duo unius, tertius diversæ Religionis) i. e. duo quæstores semper unius esse religionis debent, ex duabus scilicet admissis, & tertius Religionis alterius, alternatione inter u-

tramque partem singulis annis introducta.

§. 5.

a) *Prefecti rei tormentariae*) Res tormentaria hic vocatur das Zeughaus/ Cura Collectarum die Steuer/ Cura Annone das Kasten-Amt/ aut simili nomine munus *Aedilium das Bau-Amt*.

b) *Annone*) Sub hac cura num hi etiam comprehendatur venalium rerum vestigia, die Accise, viderint alii, moris patrii peritiores,

§. 6.

§. 6. Munera, quæ uni committi solita sunt, pro qualitate rei a) vel uno vel pluribus annis inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Cives alternentur; eo quidem modo, ut de officiis quæ tribus personis committuntur, nunc dicatur.

§. 7. Templorum tamen & Scholarum cuique parti suarum cura integra reservetur. a) Ii autem Catholici, b) qui nunc tempore hujus pacificationis in Magistratu & officiis præter numerum supra conventum supersunt, pristino quidem per omnia honore commodoque fruantur. Veruntamen usque dum eorum loca vel abdicatione vacaverint, vel domi se contineant, vel si senatu quandoque inferessent, velint, voto tamen careant.

§. 8. Neutra vero pars sua Religioni adhærentium potentia a)

§. 6.

a) Pro qualitate rei) Prout nimis expedit munus illud in una eademque persona continuari unum, vel plures annos.

§. 7.

a) Templorum tamen & Scholarum cuique parti suarum cura integra Servetur) Aequalitas in munib' Ecclesiasticis in eo consistit, ut utraque pars Templorum suorum & Scholarum curam separatim gerat: id quod negotii natura postulat, cum nemo alienis sacris addicitus cum ratione pe-
ti possit, ut sua fidei & curæ ea per-
mittantur, quorum fida & integra ad-
ministratione ipse existimet se contra
fidem & conscientiam facturum esse.

b) Ii autem Catholici) Agitur hic

de Catholicis, qui tempore conclusæ Pacis supra numerum in Magistratu & officiis inventi sunt. Atque hi fruantur quidem pristino honore commo-
disque per omnia: Sed domi se con-
tinere debent, vel si utique in Senatum
venire aliquando velint, voto, id est,
jure dicendi sententiam carent; idque
tamidu observandum, donec loca co-
rum morte vel abdicatione vacave-
rint, resque adeo ad placitum Statum-
que numerum redierit. Intuitu Ev-
angelicorum non opus fuit de hoc ca-
ville: Eorum enim numerus eo tem-
pore minor erat justo & convenio.

§. 8.

a) Neutra pars sua Religionis adhæ-
rentium potentia) Catholicos Augustæ
Vindelicorum auctoritatē Episcopi sui,
tum

tentia a) ad deprimendam alteram b) abutatur, aut majorem, numerum, directe vel indirecte c) ad dignitates Præsidium, Senatorum, aliorumque publicorum munierum aggregare præsumat, sed quicquid ejus quandocunque & quomodocunque tentatum fuerit, irritum esto. Proinde non solum hæc dispo-

tum vicini Bavari viribus atque favore; Evangelicos autem numero Civium superiores esse, experientia docet. Sed nihilominus horum semper deterior est conditio, dum multa dissimilare coguntur, ne asperioribus remediis negotium sibi faceant, sacrificulis rixa occasionem sèpè querentibus tanta impudentia, ut res nonnunquam a tumultu & seditione prope abfuerint. Adhac lacessunt se mutuo frequenter acerbis scriptis atque concionibus, concitata cujusque partis plebe, in odium & execrationem alterius Religionis: quod sane fieri non deberet in Civitate, ubi omnes Religiosa Pace conciliatos quiete & concorditer vivere decet, conjunctis studiis ad promovendam Reipublicæ salutem, cum sociare conscientias in sacris non possint.

b) ad deprimendam alteram) Ferunt, qui Status Civitatis periti sunt, vim publici Evangelici apud Angustanos eo inter alia frangi, quod immenso ære alieno obruta Creditores potissimum Catholicos habeat, quibus ingentes debeat summas, annuis usuris opes ærarii publici fere absument-

tibus; unde sit, ut non modo ex usu ris, quæ sèpè statis temporibus non solvuntur, nomina crescant: Verum etiam ut multa ferre Civitas teneatur Evangelicorum damno eo respectu, ne irritati Catholici Creditores iniquo aut alieno tempore conditione crediti multitudine & concursu petentiū inopiam & paupertatem publici detegant. Hæc est intestina feabes, & ægitudo, quæ ne aliquando Civitatem perdat, verentur prudentiores.

c) aut majorem numerum directe, vel indirecte.) Directe, puto, per electionem: at qua ratione id fieri possit indirecte, non ita facile est explicare. Unus casus esse possit, si prævaricatione aut negligenti Senatus Evangelici altera pars clama aut preclaro numerum suorum in Senatu & muniberibus augeat: id enim quando- cunque & quomodocunque tentatum irritum esse jubetur, hac fini, ne ci- vibus unius alteriusve Religionis culpa suorum Magistratum hac in re fraudi sit.

d) quo-

dispositio quotannis, quando d) de novorum Senatorum aliorumque officialium in demortuorum locum surrogatione agitur, publicè prælegitur; sed etiam Præsidis seu Duum-viri Secretiorum reliquorumque Senatorum, Praefectorum, Syndicorum, Jadicum, aliorumque officialitum Catholicorum electio & nunc posthac sit penes ipsos Catholicos, e) Augustanæ verè Confessioni addictorum penes eosdem, & defuncto Catholico alias Catholicus f) pariterque Augustanæ Confessioni addicto eidem addictus surrogetur.

§. 9. Pluralitas autem votorum in causis religionem a) sive directè sive indirectè b) concernentibus, nequaquam attendatur.

Ee

d) quotannis, quando &c.) Quæritur, num hac etiam prælectione opus eo anno, quando nemo in Senatorum Ordinem cooptandus, neque alii Officiales in demortuorum locum surrogandi sunt? Usus hic erit optimus interpres. Ex verbis tamen, uti hic leguntur, necessitatem vix nobis feceris. Nam id, quod dicitur, quotannis, limitari statim videtur per adverbium temporis *quotando*. Nisi dicere velis, pertinere hanc cautionem etiam ad casum, cum Præsides aliive in dignitatibus jam constituti secundum Ordinem ambulatorium Magistratum de novo ineunt quotannis. Qicquid sit, extensionem illam hoc ex loco vix tuebimus, quo mentionantum sit, novorum Senatorum, aliorumque Officialium in demortuorum locum surrogandorum.

e) Catholicorum Electio & nunc &

posthac sit penes ipsos Catholicos) Utique igitur pars suos in Senatum & ad dignitates muneraque publica legit, quæ optima ratio vitandæ cuiuscunq; fraudis, & amoliendi ambitus insidiosi.

f) Defuncto Catholico alias Catholicus &c.) Itaque Evangelici non possunt sibi Catholicum legere, et si vellent: neque Catholici Evangelicum.

S. 9.

a) Pluralitas autem votorum in causis Religionem.) Hic §vus duo continet; unum, quod pluralitas votorum in causis Religionem concernentibus non attendatur; & alterum, quid habendum, si Catholici in aliis quibusvis negotiis pluralitate votorum in prejudicium Evangelicorum abuti vellent.

b) Sive directe, sive indirecte) Causas, quæ indirecte Religionem concernunt,

tendatur, c) neque illa Augustanæ Confessioni addictis d) Civibus ejus loci magis quam Augustanæ Confessionis, E-lectoribus, Principibus & Statibus in Imperio Romano præ-judicer. Quod si Catholicci e) pluralitate votorum in his vel aliis quibusvis negotiis f) in præjudicium Augustanæ Confessioni addictorum abutantur, reservatum his ipsis esto vigore hujus Transactionis ad introducendam alternatio-nem

nunt, esse puto, cum Senatores & Magistratus tanquam unum corpus con-siderari nequeunt: vel ubi Catholicci & Augustanæ Confessioni addicti in duas partes eunt, art. §. 52. infra.

c) nequaquam attendatur) id est, nullum fiat Senatus Consultum se-cundum plures sententias; neque im-perio Magistratus Catholicci ad eum modum pareatur.

d) neque illa A. C. addictis) id est, qua remedia A. C. Status in Imperio Romano habent, ne numero Catholi-corum in administranda Republica ferendisque suffragiis vincantur, ea-dem omnia Civibus Augustanis Evan-gelicis præsidio esse possunt. Extant hæc præsidia supra allegata §. 52. hu-jus articuli sti, ubi tres causis recen-sentur, cui addi adhuc quartus potest, quando nimis agitur de jure pro-prio Augustanae Confessionis Civium, in quantum unam partem Civitatis constituant. Tunc enim idem est, ac si de jure tertii ageretur. Quod vero ad pluralitatem Votorum in ma-teria Collectarum attinet, cum haec res

neque Osnabrugensi Pacificatione, ne-que hue usque in Comitiis, ad quæ remissa fuit, decisæ sit, in ea Augustanæ Confessionis Civibus a Catholicis non magis præjudicari poterit, quam Status Evangelici in hoc articulo a Catholicis contribuendi necessitatem sibi imponi patiuntur.

e) Quid si Catholicci) Alterum re-medium contra abusum pluralitatis votorum est, reservata Evangelicis pro-vocatio ad introducendam alternatio-nem quinti Secretioris Senatoris, alia-que legitima remedia.

f) in his vel aliis quibusvis negotiis) Non igitur solum in Causis, Religio-nem sive directè sive indirectè concer-nentibus; sed etiam in aliis quibusvis negotiis. Requiritur autem, ut abusus ille vergat in præjudicium Augustanae Confessionis addictorum, quibus verbis alieui dari occasio posset ulterius co-gitandi, annon omne illud ad causas, Religionem indirectè concerneant, pertineat, quo Catholici in præjudi-cium A. C. addictorum abuti volun-t? adeo ut haec verba superiorum indi-

1868

nem quinti senatoris secretioris, g) aliaque legitima remedia h) provocare.

§. 10. De cætero Pax Religiosa, a) itemque ordinatio Carolina de Electione Magistratum, b) nec non transactio-

Ee 2

nes de

recte concernentibus quasi interpretatio esse possint. Sanè enim quod Catholicorum in fraudem Evangelicorum numero suffragiorum suorum statuunt, cum id nisi ex odio Religionis fieri non posset, et si consultatio de rebus Civilibus sit, in quibus causis sàpè etiam una pars alteri intuitu Religionis & quasi per insidias agre facere potest: absurdum non videtur dicere, ejusmodi causas videri Religionem indirectè concernere: nam illud *indirectè* complectitur omnia, quibus insidiae nobis struntur, aut damnum datur prætextu quidem alieno; revera autem respectu Religionis & ad inviam ejus.

g) *ad introducendam alternationem quinti Senatoris Secretioris*) Scilicet uti ex ḡvo Superiori 4to confat, Augustæ Vindelicorum septem sunt Senatores Consiliū Secretioris. Ex his quatuor Catholica Religionis esse debent, tres ex Augustana Confessioni addictis sumuntur, & sic Catholicii uno numero Evangelicos hoc in Collegio vincunt. Sed ne illi hac prærogativa abutantur, edicitur hic, statuitur que in eventum poena introducenda alternationis in quinto Senatori, data

Evangelicis facultate provocandi ad istam alternationem, quare id habitu- ri essent, ut decadente quinto hoc Se- natore Catholicō, alium Augustanam Confessionem alternis semper vicibus eligi in hunc Ordinem oporteat.

h) *aliaque legitima remedia*) Tantum ex Pace Westphalica, quotquot de violatione ejus actiones & accusations esse possunt: quam ex aliis formulis juris Civilis, quibus damnum, præjudicium vel injurias a nobis remove- mus.

§. 10.

a) *De cætero Pax Religiosa*) Hic quatuor confirmantur, quatenus huic transactioni non sunt contraria: 1. Pax Religiosa, 2. Ordinatio Carolina, 3. Transactio de anno 1584. & 4. alia de anno 1591. Quod ad Pacem Religiosam attinet, actum de hac re est ad §. 1. hujus articuli.

b) *Ordinatio Carolina de Electione Magistratum*) Hanc Ordinationem Imperator Carolus V. anno 1548. post devictos Protestantes, & Civitates Imperiales in ordinem redactas præscripsérat, ubi Catholicorum causa in eo potior fuit, quia constitutum erat, ut corum potius in eligendis Magistrati- bus

nes de Annis c) millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, & millesimo quingentesimo nonagesimo primo [quatenus huic dispositioni directe vel per indirectum non repugnat] d) salvæ & inviolatæ per omnia maneat. e)

Dunckelsp.
Biberach.
Ravensburg.

§. II. Deinde Dunckelspühlæ, Biberaci & Ravenspurgi a) duo sint consules, Catholicus unus, alter Augustanae Conf. quatuor secretioris consilii æquali numero utriusque Religionis;

bus ratio haberetur, si modo ad hæc munera civilia sint idonei, & horum copia detur. Sed hoc ipsum jam abrogatum ubique est, introducta equitatate inter utriusque Religioni addicatos, ratione dignitatum Senatoriarum auctorumque munerum publicorum.

c) transactiones de annis) Factæ sunt istæ transactiones Rudolpho II. Imperatore, ejusque Diplomate confirmatae, quibus id fere cautum erat, quod supra §. 7. continetur. Resque ab eo tempore usque ad annum 1628. ut cunque quiete mansere, quamvis Catholici, cum occasio ferret, paulatim rerum summam iterum ad se trahere conati fuerint. Post annum vero 1628. omnia susque deque versa sunt, tollentibus ubique cristas Pontificis sub elypto Edicti Ferdinandei, cuius executio per universum Imperium urgebatur. Mox supervenit bellum cum Suecis, variusque fuit Civitatis Status pro forte armorum, donec Pace Westphalica tandem componeretur stabili & perpetua lege, modo Pontificis servare modeliam didicissent.

d) quatenus huic dispositioni directe vel per indirectum non repugnat) Hæc clausula ideo necessaria fuit, quia moris est improbis hominibus, per cavillas manibus pedibusque cludere, quæ, cum sibi incommodant, ex lege directis verbis impugnare non possunt.

e) salve inviolataque per omnia maneat) Ut hæc omnia post Pacem effectui data sunt, ea de re vide Recessum Executionis apud Lundorpium Tom. VI. lib. IV. c. 92. & Knipschild de Civ. Imper. l. 3. c. 4. ubi simul Episcopi Augustani Protestatio habetur, quem non puduit, inani & pacifraga contradictione lacessere Statum Civitatis ab Executoribus secundum hujus legis formulam Imperiali auctoritate constitutum.

§. II.

a) Deinde Dunckelspühle, Biberaci, & Ravensburgi) Quemadmodum in his tribus Civitatibus singula sint ordinata & constituta, de eo vide Recessum Executionis apud Knipschild. de Civit. Imper. lib. 3. c. 4. n. & 42. & Limn. Jur.

gionis: Eadem etiam æqualitas circa Senatum, Judicem Urbanum, præfecturam ærarii, ut & alia omnia officia, dignitates ac munera publica observetur. Quoad Præturam Judicij vero, Syndicatum & Secretarios Senatus & Judicij, nec non quoad alia hujusmodi officia, quæ uni tantum perlonæ committuntur, alternatio perpetuo observetur. Ita, ut de mortuo Catholico semper Augustanæ Confessioni addictus & vice versa succedat. Quantum ad modum Electionis & votorum pluralitatem, nec non curam Templorum ac Scholarum, itemque anniversariam prælectionem hujus dispositionis attinet, idem quod de Augusta dictum est, observetur.

E e 3

§. 12.

Jur. Publ. l. 7. c. 14. 8. & 41. præcipue in Tom. addit. Cœtera ex superioribus facile intelliguntur. Unum memorabile est, quod silentio non præterendum. Scilicet erant Biberaci anno 1624. Cappucini, sed extra Civitatem habitabant. Cum vero anno 1632. eorum monasterium injury belli destrutum fuisset, religiosi illi in Civitatem migravere, ibique mansionem habuere usque ad Pacem. Itaque cum anno 1649. de executione hujus legis Biberaci ageretur, quæstio orta est, num expellendi iterum Civitate sint Cappucini illi, & ad pristinum locum suum relegandi? Negabant Catholicici id justum esse, aut pelli saltē Patres prius non posse, quam Monasterium suum extra urbem restaurarent. Pro ratione allegabatur, Cappucinos anno 1624. habitasse quidem extra urbis mœnia, sed exercitum sue

Religionis in Civitate etiam libere habuisse. Ait negabant Evangelici, illos in Urbe tolerari posse, qui anno 1624. in illa non habitatunt, neque proprium templum ibi possederunt. Re ad Executorum judicium delata decretum fuit, Patres Cappucinos sanctum suum, prope Cancellerium Civitatis post annum 1624. ædificatum transferre debere extra urbem ad eum locum, ibique exstructe rursus, ubi dicto anno positum erat: uno tantum mense, paucisque amplius diebus illis concessis, quibus morari in urbe possent, sed privata tantum domo, clausoque Oratorio. De cetero nullum statim faciant Cancelleriam, clavesque Consuli resignent, mobilia ex illo loco alio transportent, & denique exercitum Religionis in ipsa urbe omittant: neque publico aut Civibus alimento rum causa oneri sint. *Vid. Buckisch ad hunc*

Donatverd

S. 12. Quod ad Civitatem Donaverdam a) attinet, si in proximè venturis Comitiis Universalibus in pristinam libertatem restituenda esse judicabitur ab Imperii Statibus, eodem

ad hunc sum, ubi ex Recessu executionis verba hue pertinentia allegat, quæ profecto legi merentur.

S. 12.

a) Quod ad Civitatem Donaverdam &c.) Hæc Civitas sub initium superioris seculi conspiratione Catholicorum oppressa hic saltem honoris causa videatur nominari, cum ejus restitutio ab eis modi conditione suspensa fuerit, quam unquam extitaram credere jam tunc nemo sanus poterat. Quis enim sibi persuaderi patiatur, fore, ut Catholicæ in Comitiis Universalibus consentirent de Donaverda in pristinam libertatem restituenda, non sine contumelia & indignatione Bavari, cujus beneficio habent, quod Urbs illa ad Obsequium Romanæ sedis reducta fuerit. Sed & Evangelicorum non valde intererat restitutionem fieri, cum de religione nihil caustum amplius fuisset, quam ut eodem jure in Ecclesiasticis gaudeat, quo cœteræ liberae Civitates vigore hujus transactionis gaudent, id quod nullo modo in commodum Religionis Evangelicæ cedere poterat, jam diu ex hoc loco ita pulsæ, ut anno 1624. quo restitutions in sacris æstimator, nullum ejus exercitium neque-

publicum neque privatum ibi vigerit. Quam ob rem Catholicis Bavaros hoc lucrum ob egregia de se merita ultero gratificantibus, Protestantibus vero haud valde sollicitis de restitutio- ne Urbis, in qua mansura Religio Catholica erat, etiamsi in pristinam libertatem restituta esset, haud mirum sanè, in proximis post Pacem Westphalicam Comitis hujus negotii conscienciudi curam nemini admodum cordi fuisse, præsertim cum Bavarus sumptus, in Executione factos a Statibus repeteret, quorum computus ad incredibilem pecunia vim excreverat. Hodie tamen Cæsaris Josephi decreto & auspiciis hæc Urbs libertatem recuperavit, cum Bavarus præsenti bello Gallorum partes amplexus, evocatisque in Imperium hostibus ingens & periculose bellum conflavisset, quod non Austriacis modo, sed & Suevis atque Franconibus denunciaverat, si recusarent arma ponere, & rationibus suis atque consiliis, pridem cum Gallis sociatis, morem gerere. Hinc tribus primis annis bellum vario eventu gestum, vastataque in primis Suevia, donec prelio Hochstattano cum Gallis suis fufus fugatusque, relictis ditioribus, in Provincias Belgicas exulatum ire

dem gaudeat Jure in Ecclesiasticis & Politicis, quo cæteræ Imperii liberæ Civitates vigore hujus Transactionis gaudent, salvis tamen quoad hanc Civitatem eorum, quorum interest, juribus. b.)

§. 13. Terminus autem Anni a) millesimi sexcentesi-

An. 1624. In
puncto Reli-
gionis & Re-
stitutionis i-
dem termi-
nus.

ire coactus est, ubi raro exemplo Elector & Princeps Germanus contra Patriam exercitus hostium ducere, & auspicio Gallorum pugnare jubetur, quorum miles stipendiarius est factus perpetuo opprobrio gentis Bojorum, qua olim ob res fortiter pro Austria gestas non modo lummis in Republica honoribus est ornata: verum etiam ingentia commoda retulit. Interea hac memorabili clade affectus Elector dum Germania pellitur, omnesque suas regiones arbitrio hostium relinquit, occupata Statim utraque Bavaria consultatum sœpe fuit, quid de ipso Electore fieri deberet, ut temeritatis sua & perduellionis pœnam daret. Neque obscurum erat, quid Constitutiones publicæ contra eos decernerent, qui tantis ausib[us] patriam oppugnatū arma cepissent. Igitur tandem Imperiali Banno seu Proscriptione iectus est, postquam hæc causa in aula Cæsarea multum diuque agitata fuisset. Interea omnis ditio Bavari in potestatem Austriaeorum est redacta, qua nunc institutæ administratio[n]e ad lubitum regitur; ne tamen Status etiam ab omni tantæ victoriz fru-

ctu prohibiti viderentur, hoc sibi in partem solatii gratiæque imputare possunt, quod Donaverda urbs nuper, ut dictum, in libertatem vindicata, & cœteris urbibus Imperialibus accensita iterum, atque Circulo Suevico pro Statu immediata fuit.

b) *salvis tamen quoad hanc Civitatem eorum, quorum interest juribus*) Hoc in Bavaria gratiam videtur adiectum sumptus, uti dixi, repofcentis, quos in executionem auctoritate Cæsariorum erogaverat. Atque hoc præcipue fuit telum, quo restitutio[n]is necessitatem olim declinavit, cum ipsa Civitas tantis rationibus exsolvendis non par sit; alii vero pro ejus liberteate conferre nihil velint.

§. 13.

a) *Terminus autem anni*) Non ita multi anni sunt, cum hic §.vs in causa Palatina diversis Interpretum opinionibus varias explicationes est expertus. Elector Palatinus jus sibi reformandi sine lege & modo liberum ex Pace Religiosa atque §. 30. hujus artic. iii asserturus, ut subditos Palatinos dejiceret a præsidio paragraphi sequentis 31. *Hoc tamen non obstante &c.* fortis-

fortissimo inter alia hoc etiam argu-
mento est usus, quod ipse, seu potius
decessores ejus ex capite amnestia spe-
cialiter sint restituti; sic autem resti-
tutis terminus anni 1624. nullum prae-
judicium creare debeat. Unde con-
cludere voluit, non modo terminum
possessionis ex anno 1624. subditis suis
nihil de facto prodesse: quod verum,
cum hoc anno possessionem nullam
habuerint: Verum etiam eos provo-
care ad hoc beneficium legis propter-
ea non posse, quod ipse Elector ex ca-
pite amnestia sit restitutus. Ex ad-
verso subdit Palatini argumento propon-
sus contrario de possessione anni vi-
gesimi quarti excipere se, & ad Statum,
qui fuit ante motus Bohemicos, pro-
vocare omnino posse existimabantur,
quia restitutis ex capite amnestia, in-
ter quos ipsi articulo superiori §. 13.
nominatum relati fuere, iste terminus
anni 1624. nullum prejudicium creet.
Quanquam vero haec sententia praeter
altera Electoris Palatini majori proba-
bilitate nitatur (videtur enim prior il-
la omne auxilium subditis ex capite
gravaminum restituendis eripere, cum
pauci erunt, quorum Domini restitu-
tionem ex capite amnestia non poter-
runt petere, & hac exceptione restitu-
tionem subditorum, qui anno 1624.
possederunt, clidere) mea tamen opini-
one neutra cum sensu & scopo hu-
jus loci congruit, qui simplicissimus est,
& nihil aliud sibi vult, quam ne illi,
qui ex capite amnestia restitui cupit,

opponi possit, quo minus effectum hu-
jus restitutionis consequatur, eum anno
1624. non possedit. Quemadmo-
dum vero longe diversi sunt effectus
restitutionis ex capite amnestia, & al-
terius ex capite gravaminum, quorum
alter tertio cuicunque jus suum, quod
in rem vel personam habet, integrum
illibatumque servat; alter vero per-
petuo extinguit, cassatis omnibus pa-
ctis, transactionibus, sententiis & exe-
cutionibus: ita haec confundenda non
sunt, neque existimandum est, eum,
qui ex amnestia restituitur, hac resti-
tutione omnia beneficia & jura parti-
cipare, quae restitutis ex capite grava-
minum, & habita possessione anni
1624. sunt comparata, eti si ipsi dicto
anno dieque in possessione non fuis-
sent. Quippe ut adhuc semel hac oc-
casione compendio dicam, differunt
restitutions, illa ex capite amnestia,
& haec ex capite gravaminum tribus
fere rebus, primo objecto. Restitu-
tionem enim ex amnestia complectitur
sacra & profana: altera ex capite grava-
minum Ecclesiastica tantum, & Politi-
ca hactenus, quatenus intuitu Eccle-
siasticorum quid in iis mutatum. Se-
cundo effectu. Nam restitutus ex amne-
stia nihil novi juris acquirit, quam an-
te desstitutionem habuit, adeoque si rem
aliquam possedit, a qua postea dejectus
est, nudam saltē ejus possessionem
consequitur, salvis quorumcunque ju-
ribus, quae in rem illam alii compete-
bant; nam is etiam in ista, si forte
turba-

turbatus fuerit, simul restituitur. At restitutio ex capite gravaminum sic restitutum perpetuo securum facit a persecutione juris, quod alius sibi vindicaverat, data exceptione peremptoria litis finitæ, quasi transactum super redubia aut controversa fuisset. Denique termino restitutionis a quo, qui diversis temporibus & annis constat. Restituti enim ex capite amnestiæ indistincte restituuntur in eum statum, quo ante destitutionem gavisi sunt, si is occasione Bohemie Germaniæ motuum, vel scederer hinc inde contractorum turbatus deinde fuerit. At qui ex capite gravaminum restituantur, si sunt Status vel subditi immediati ex habita possessione prima die Januarii anni 1624. judicantur restituunturque. Sin vero subditi mediati, ex habita possessione quacunque dicti anni parte. Unde perspicuum est, neminem, nisi speciali legis providentia aliunde juvetur, quod subditis Palatinis factum esse supra decuimus ex eo, quod ex amnistia sit restitutus, ad fruitionem beneficiorum ex capite gravaminum admitti, si termino restitutionis, a quo destituitur, dato singulariter restituendis ex hoc titulo. Quare vehementer errant, & utriusque restitutionis vim atque naturam aut non intelligunt, aut captiōne confundunt, qui ad §. 31. *Hoc tamen non obstante,* hujus articuli eo loco, ubi mentio sit exercitii Augustanae Confessionis, anno 1624. habitu, de suo addunt extra ver-

ba & mentem legis, vel *respecti*ve anno 1618. quasi restitutis ex capite amnestiæ hac ipsa restitutio proficeret etiam ad consequendos omnes illos effectus, quibus gaudent restituti ex capite gravaminum secundum possessionem, anno 1624. habitam. Quæ profecto interpretatio Paciscentibus nunquam in mentem venit, qui utramque restitutionem accuratisimis notis, non objecto modo & effectibus, sed in primis diversis temporibus distinxerat. Atque hæc ita se habere, manifesto exemplo Duciis Wurtenbergici probbo. Restitutus is supra fuerat Artic. IV. §. 24. ex capite amnestia in omnia & singula, Secularia atque Ecclesiastica bona & jura, *ante hos motus* ubi cunque possella: Interque illa specialiter in Dynastias Blaubeyern, Achalm, & Stauffen. Sed in fine additur, salvis tamen & reservatis Domus Austriae, nec non Wurtenbergicæ in supra dictas Dynastias, prætenis juribus & actionibus &c. At vero cum artic. V. §. 25. *quæcumque monasteria* &c. de Monasteriis aliisve bonis Ecclesiasticis mediatis, eorumque juribus res agebatur, Wurtenbergici adeo non existimabant se restituzione ex capite amnestiæ securos esse, et potius omnem lapidem moverint, ut nominarentur etiam expresse inter restituendos ex capite gravaminum & possessione, anno 1624. prima die Januarii habita, his verbis: *In*terque illa specialiter etiam Monasteria, fundationes atque bona Ecclesiastica,

Sapientia omnia & singula a Principe Wurtebergico anno 1624. posseſſa.
 Qua restitutione ex hoc anno illud de-
 dum consecuti sunt, ut cum adver-
 sus Superiorum restitutionem ex ca-
 pite amnestia Domui Austriae ju-
 ra sua & actiones in quasdam Dyna-
 stias reservata sint. Hac e contra-
 rior Ordinibus Religiosis, aut si qualibet
 ista bona Ecclesiastica olim posseſſere,
 non spes modo omnis, sed & remedia
 omnia juris & facti praecisa fuerint, &
 in perpetuum abolita, donec de Reli-
 gione ipsa convenerit: non attenta,
 ut supra ad §. i. dictum, cuiusvis seu Ec-
 clesiastici seu Politici contradictione vel
 protestatione, quæ omnes inanes & ai-
 mili declarantur. Vel uti infra §. 25.
 habetur: non attentis, sed irritis pror-
 fus exceptionibus, que ex quibuscumque
 praetextibus aut rationibus desumti pos-
 sent. Atqui sane nisi Dux Wurte-
 bergicus hac Ecclesiastica anno etiam
 1624. posseſſisset, neque de retentione
 eorum ipsi alia speciali pacto cautum
 in pace fuisset, ego profecto valde me-
 tuo, ut superiori restitutione ex capite
 amnestia excludere illos posseſſisset, quo-
 rum repetitione vel posſeffio, anno
 1624. habita, vel alia remedia recupe-
 ratoria favebant, eti⁹ docuisset, bona
 ista a se ante hos motus posseſſa fuisse.
 Peſſimum itaque Interpretem hujus lo-
 ci agit Buckifch, qui putat, hic exce-
 ptionem a regula haberi, quatenus Ca-
 tholici aut Acatolici bona Ecclesiasti-
 ca percipere, vel Religionem suam exer-

cere possint: addit declarationis causa
 hunc cafum: Si ergo quis occasione
 forte belli toto tempore & anno illo
 1624. absens, ac ex capite amnestia
 rediens redditus bonorum Ecclesiasti-
 corum possidere, aut exercitium Re-
 ligionis sue publicum introducere ve-
 lit, videtur ipsi non esse denegandum:
 quod miror Pontificium hominem Vi-
 enae scribere ausum, sententia adeo
 absurdæ, ut non modo cum sensu hu-
 jus ſvi plane non conveniat; sed & ip-
 sis Catholicis arridere non posſit, quibus
 haſtenus viſum, reſtitutionem ex
 capite gravaminum variis artibus acci-
 dere magis, quam permitti, ut hac ra-
 tione ultra verba & ſenſum extendan-
 tur. Rem propiori aeu tangit Ob-
 rechtus, qui scribit, quia ex hoc termino,
 cuius hic fit mentio, de anno 1624,
 controversiali potuerint enasci contra
 terminum amnestie, qui post prolixam
 Disputationem in Tractatibus Pacis
 tandem redactus fuit ad initium Ger-
 manie Bohemiæ motuum: Itaque
 Pacificatores ſpecialiter hos terminos
 diſtinxiſſe, ut posterior tantum perti-
 neat ad cauſas Ecclesiasticas, non vero
 ad reſtitutionem ex capite amnestie.
 Scilicet reſtitutio ex capite amnestie,
 non in Politicis modo, sed & Eccle-
 siasticis decretis eſt: Reſtitutio item
 ex capite gravaminum non Ecclesiasti-
 cis modo datur, verum etiam certis ca-
 ſibus in Politicis. Cum vero utrius-
 que reſtitutionis terminus a quo longe
 sit diversus, facilis inde occasio litium
 in E-

in Ecclesiasticis inter restituentes & restituendos nasci poterat, utraque parte causam suam diversis terminis tuente: Itaque necessarium fuit edicere, ne terminus anni 1624. qui restitutionibus ex capite gravaminum est datus, fraudi aut præjudicio sit iis, qui ex capite amnestiæ volunt restitu: id quod praeterea eam etiam ob causam profuit statuere, ne malevoli inde ansam arriperent cavillandi terminum amnestiæ, quasi posteriori legis parte abrogatus esset, dato alio termino anni 1624. posteriora enim prioribus derogare, inter Brocardica jura habetur, quorum sepe magnis in rebus, & nonnunquam etiam evidenter, ingens est abusus. Ideoque placuit transigentibus distinguere dare utrumque terminum ex causis restitutionis, & facire, alterum alteri fraudi esse non debere. Unicum nihilominus mihi superest dubium, scilicet qui factum sit, ut hoc loco, non satis commodo, uti appareat, de hac restatuatur. Scendum enim, paragraphos hujus articuli, cum instrumentum Pacis conficeretur, non ita distinctos fuisse, ut posthac privatorum cura factum est, qui singulas orationis periodos, quoties nova linea incipit, in paragraphos distribuere, cum originalia dispartitione plures sepe unum fecissent. Sic ab initio totus articulus §. non nisi in viginti paragraphos est distinctus, ex quibus deinde quinquaginta octo facti sunt. Ita etiam hic §. 13. cuius commentatore nunc oc-

cupamur, ultimam partem constituit §. 2. quem recentiores postea in tredecim paragraphos divisere. Hic §. 2. cum omnibus suis partibus, uti ab initio descriptus fuit, haec duo ferunt continent, 1.) Terminum restitutionis & quo, & 2.) Civitates quasdam Imperiales, de quibus specialiter convenimus. Postquam harum Civitatum negotia absolute fuere, tum demum haec regula annexitur, quæ ante Civitatem illarum causam statim post terminum restitutionis a quo stare longe commodius potuisset. Quando nunc hac dispositione falli quis posset, ut crederet, Civitatum saltem dictarum causa conventa ita fuisse. Neque minus illud turbat, quod regula haec eo loco tradita sit, ubi de Statibus tantum & Subditis immediatis agitur, ut dubium sit, an ad mediatos etiam pertineat, quorum infra demum §. 30. incipit mentio. Quicquid sit, uti non negem, loco commodiori hanc rem collocari potuisse, ita apud me quidem nullum est dubium, quin omnium subditorum bono haec lex scripta sit, quod ego non tam ex latitudine verborum & sensus colligo, quam inde conjecto, quod hic restatuatur de toto anno vigesimo quarto, cum etiam designanda dies prima Januarii fuisse, si regula solos immediatos concerneret. Jam vero cum anni fiat mentio, omisla diei designatione, id alio non pertinet, quam ut prima dies Januarii hujus anni immediatis cedat; Mediatis vero quilibet ejusdem anni pars.

mi vigesimi quarti b) nullum præjudicium creare debet c)
iis, quid d) ex capite Amnestiæ aut aliunde e) restituendi ve-
niunt.

§. 14. III.

b) anni 1624.) Cum nec dies anni, ut supra §. 2. neque qualibet ejus pars, ut infra §. 31. hic adjiciatur, totus an-
nus merito est intelligendus, quatenus
restituendis ex capite gravaminum pro
conditione Status ejusque subsidio
esse potest.

c) nullum præjudicium creare debet
Scilicet in genere, ne petentibus resti-
tutionem Ecclesiasticorum ex amnestia
in eum Statum, qualis ante destitu-
tionem fuit, opponi posset exceptio pos-
sessionis corundem, qualis erat anno
1624. qua in re facilis est confusio, cum
tamen unum remedium altero certo
modo nunc sit pinguius, nunc minus
pingue. In specie autem, ne termini-
nus anni 1624. sic præjudicet, 1.) ut re-
stitutionem ex capite amnestiæ, in Ec-
clesiasticis etiam debitam impedit, 2.)
nec ipsi amnestiæ afferat præjudicium,
3.) ne ad proscriptiones & confiscatio-
nes extendatur eorum honorum, quæ
adversa pars anno 1624. possedit. & 4.)
denique, ne articulis alteri convenitis
deroget: de quibus exceptionibus vi-
de his artic. 3. §. 2. Quemadmodum
ex adverso æqvum est, ne terminus a-
mnestiæ præjudicium erexit illis, qui ex
capite gravaminum restitutionem po-
nulunt, superiori ex amnestia in eo

pinguiorem, quod omnes actiones &
jura cujuscunque tertii penitus extin-
guat, cum restitutio ex capite amne-
stiæ decreta sit salvis juribus quibus-
cunque circa bona restituenda, five
secularia, five Ecclesiastica fiterint, ut
adeo, cum quæstio est, quid præsidit
vel auxiliū restituto adversus persecu-
tiones five restituentium five aliorum
in posterum comparatum sit, hoc ma-
xime inspici debeat, num quis ex amne-
stiæ vel ex capite gravaminum sit resti-
tutus.

d) iū qui) Cum itaque non Status
modo aliqui immediati, verum etiam
subditi secundum articulum 3. ex a-
mnestia restituantur: hic autem alii ab
alii non distinguantur, vel ex hac eti-
am formula generali hujus lociappa-
ret, subditos non minus ipsis verbis
comprehendi, quam illos immediatos,
quamvis in cœteris horum saltē rati-
o usque ad §. 30. habeatur.

e) ex capite amnestiæ aut aliunde,
&c.) Ecce aliud argumentum, quo
constat, beneficia restituendis ex capi-
te gravaminum comparata non debe-
ri illis, qui restitutionem ex capite a-
mnestiæ querunt, vel jam consecuti
sunt: alias enim ex pari causa usui et
iam illis forent, qui aliunde restituen-
di ve-

di veniunt: id quod tamen iniquissimum, cum qui aliunde restituendi sunt, i. e. neque ex amnestia neque ex capite gravaminum, ejusmodi saepe causas & jura habere possunt, que ex jure communis unice aestimantur, neque ad Pacis Westphalica Tabulas pertinent. Cœterum hic Interpretes anxie quæsivere, quæ causa vel qui tituli intelligantur per hoc vocabulum *aliunde*, ex quibus detur restitutio. Errat procul dubio Buckleb., qui per id medium quoddam inter restitutionem ex amnestia & restitutionem ex gravaminibus secundum annum 1624. constitui opinatur. Rhetius *Jur. Publ. lib. II. tit. I. §. 67.* intelligit eos, qui ex gratia restituuntur, quo referri possunt, quæ infra §. 38. & seqq. de Statibus atque subditis Domus Austriacæ conventa sunt. Sed hic solus casus omnem latitudinem vocis *aliunde* exhaustire non videtur, quamvis hoc verissimum sit, non sequi: hi ex gratia sunt restituti, ergo etiam reditus bonorum Ecclesiasticorum percipiunt, quos prima Januarii 1624. non percepserunt. Proprius rem tangit Deckerus de Pac. Civil. Relig. part. I. c. II. §. 80. p. 61. *aliunde* restituendos eos fore, qui ex capitelationis vel *desirutionis* violence aut per amnestiam, aut gravaminum decisionem oblivioni non traditi vel abrogati juvandi. quid enim iniquius, quam eos, qui jure communis gentiumque legibus pro restituendis judicantur, certe quidam anno dieve sub prejudicio

cause alligare? Exempla non improbo: Sed ratio subsistere non potest, quia Westphalica Pax multos, quibus forte jus commune restitutionem in sacris & profanis adjudicasset, suffragio suo non destituit modo, sed & alias in vicem eorum, ut restituendos substituit. His addi potest, cum quis ex pacto, transactione vel sententia Judicis restitutionem petit, quoties Pax Westphalica diversa non ponit impedimentum, quo procul dubio in Conventu Deputatorum Francfurtensi, cum de vi & significatu hujus vocabuli disputatum etiam fuisset, Legatus Brandenburgicus Huberus respexit, qui die 31. Maii st. v. 1656. pro voto dixit: das Wort *aliunde verstündē* sich de transactionibus, sententiis, rebus judicatis & juribus ante bellum exercitis: quamvis Altenburgieus Legatus eo tempore maluerit nihil definiiri ex ingenio illorum hominum, qui semper angues in herba latenter metuunt, quamvis post omnes angulos diligenter excuslos nihil insidiarum potuerint indicare. Fortassis autem illa quorundam sententia reliquas omnes vincit, quibus placet, hic *aliunde* restituendos esse imprimis illos, quos cunctaque articuli INSTRUMENTI Pacis dispositio vel pristino Statti, vel imperio conuento reddi jussit. Exempla habemus hac Pace Westphalica artic. II. §. 12. 13. & 14. Item artic. 13. §. 3. & 10. artic. 15. §. 4. & 7. art. 16. §. 14. & quæ post pacem publicatani

§. 14. III. Bona Ecclesiastica immediata a) quod attinet,

in Conventu Norimbergenſi, ejus c-
sequenda causa indictio de restitutio-
ne locorum, militumque deductione
utriusque placita, & in acta relata fue-
re: quanquam in eo mihi quidam
paulo liberaliores esse videntur, qui
non modo articuli cuiusdam disposi-
tionem manifestam & existentem: Ve-
rum etiam impoſterum ab accurariis
bus eruendam huc sufficere putant, ad-
dita ratione, videre Pacificatores non
modo preſentibus dubiis, sed & si que
oriri poſſent, futuri, prevenire voluisse:
que ſententia oppido cumpam aperit
infinitis litigiis. Nam inter diſſen-
tientes, qui erunt illi accuratores, qui-
bus in dubiis datum mentem legis ita
eruere, ut aliis hac ſententia tanquam
Pacis dispositione fit ſtandum. Ha-
bent procul dubio haec queſtio can-
dem diſſicultatem, quam cum de ſu-
fragiis fanioribus diſceptatur, majori
ſentientium parti prævalituriſ. Ne-
taceam, ſumme eiſi periculofum, po-
ſteris poſteſtatem facere, ut ex tabu-
lis Pacis, earumque verbis dubiis e-
ruere ſenſum & diſpositionem poſ-
ſint, ibi maniſto non exiſtentem,
idque præumptione, quod quis Paci-
ſentibus iſis fuerit accurator, qua-
ſane re convelli pacem omnem nul-
lo negotio poſſe viident etiam non
accuratores.

§. 14.

a) *Bona Ecclesiastica immediata &c.)*
Bona Ecclesiastica, qua Status Imperii
poſſident, vel immedia ta ſunt vel me-
diata. De illis nunc agitur hoc ſvo
& ſeqq. de his §. 25. Sunt autem bo-
na Ecclesiastica immedia ta, qua non
ſunt ſub alterius Status po teſtate ter-
ritoriali, & quorum adeo poſſeffores
hoc reſpectu Cæſari & Imperio im-
mediate ſunt ſubjeſti. Mediata ve-
ro, qua non modo in aliorum Statu-
um territoriis ſita, ſed & qua de Ter-
ritorio eorum ſunt, atque ſublimi illo
jure Superioritatis reguntur. Inter
haec diſerim ex Pace Religioſa no-
tum eft, quod alia ante Transactio-
nem Paſſaviensi a Protestantibus oc-
cupata fuerunt: alia vero demum poſt
illam, quorum longe maximus erat
numerus. Cum itaque Ferdinandus
II. edicto ſuo, quo clafſicum in Germa-
nia cecinit, haec in primis inſidioſa Pa-
cis Religioſa interpretatione a Prote-
stantibus abſtulifet, incredi bili horum
terrore, quo ad arma cum Sueciis con-
jugenda velut conſternati ſunt, in
Traſlatibus Pacis poſt variis pro poſi-
tions placiuit tandem utrobiue ter-
minum reſtitutio niis a tempore Trans-
actionis Paſſaviensis ad annum 1624.
ejusque primam diem Januarii pro-
ducere, ut quod unusquisque illo an-
no dieque poſſedit, id retineſe in po-
ſterum

net, sive fint Archiepiscatus, b) Episcopatus, Prælatura, Abbatia, Balvia, Præpositura, Commeindæ, c) sive liberae fundationes seculares, d) aut alia, una cum redditibus, pensionibus, aliisque e) quoconque nomine signatis, seu in Urbibus
seu

sterum etiam possit, decreta restitutio-
ne, si quis interea possessione forte-
quoconque modo excidisset,

b) *Sive fint Archiepiscopatus*) Se-
quitur enumeratio Bonorum Ecclesiæ-
sticorum, quamvis non sufficiens, ut
videtur, quia adhuc alia sunt, quorum
nomina non exprimuntur.

c) *Commeinde*) Olim dubitatum
fuisse, an *Commeinde* etiam ad *Bona Ecclesiastica* pertineant, refert Gilman-
nus. At hic locus eximit nobis dubita-
tionem. Quid sint autem *Commen-
de*, & quanto *Reipublicæ Christianæ*
malo in formam præsentem ex institu-
to ab initio laudabili degenerarint,
vide apud Paulum Sariump *Hif. Con-
cil. Trid. lib. 2. pag. 424. & lib. 6. p.
862.*

d) *Sive liberae fundationes Secula-
res*) *freve Weltliche Stifter*) cuius-
modi duo sunt Ratisbonæ, quæ ap-
pellantur *das Ober-Münster* und
das Nieder-Münster, ubi virgines
aluntur nobilitate generis conspicuæ
sub *Abbatissæ* ejusdam directione,
quæ relinquere Conventum suum ex
arbitrio, & nubere pro animi senten-
tia possunt, sola *Abbatissa* excepta, cui
vita genus, ex quo electionem semel

acepit, mutare non licet. Hæc gau-
det Principali nomine & dignitate, at-
que sic voti castitatis pretium habet
mundanos honores titulosque. Co-
teræ dum Monasterio addictæ sunt,
sub certis quidem regulis vivunt, ast
tanta libertate atque emancipatione,
ut frequenter cœtus illustrium viro-
rum fœminarumque diurnos noctur-
nosque & apud se agant, & alibi actos
conclabrent. Ceterum hie redu-
plicata particula disjunctiva *sive*, ni-
mitrum *sive fint Archiepiscopatus &c.*
sive liberae Fundationes Seculares, vi-
detur Bonorum Ecclesiasticorum du-
plex discrimen constituere: ut alia sint
Bona Ecclesiastica strictius dicta, alia
Ecclesiastica secularia, ratione quadam
non absimili ab ea differentia, quæ est
inter *Sacerdotem Religiosum* & *secu-
larem*.

e) *una cum redditibus, pensionibus, a-
liisque*) Horum enim causa *Bona Ecclesiastica* hodie appetuntur; Pontifici quidem hoc nostratibus olim ob-
jecere. Sed eadem sane causa fuit,
eur ipsi cœlum terramque moverint,
ut amissa recuperent. Profecto enim
bellum illud Germanicum, quod hac
Pace compositum rursus fuit, conflan-
dum

seu ruri sitis f) ea seu Catholici, seu Augustanæ Confessio-
nis g) Status h) die prima Januarii Anni millesimi sexcenten-
simi

dum nunquam fuislet, nisi cleris & in-
ter eos fabra præcipua, ordines reli-
giosi Austriacorum Principum aures
& conscientias fatigassent importunis
suggestionibus. Id profecto facturi
nunquam, nisi præfensilent, ex vindi-
catis illis Ecclesiasticis Bonis culinas
corum egregie fumigaturas

f) *seu in urbibus, seu ruri sitis*) Hæc
diplatorum conjunctio indicat, fuisse
olim aliquos, qui ex ejusmodi di-
scrimine columnas captarint, quasi ex
Pace Religiosa utrobique idem jus non
sit statuendum.

g) *ea sen Catholici, seu Aug. Confess.*
Subjectum possessionis horum Bonorum
sunt Status, sive Catholici, sive
Augustanæ Confessionis. Non enim
hic dicitur, quæ Bona Ecclesiastica im-
mediata, Archiepiscopi, Episcopi, Prä-
lati, Abbes &c. possederunt; sed quæ
STATUS. Quamvis non negem, il-
los etiam fore tales eo ipso, quod é-
jusmodi Bona immediata possident,
quibus jus Status est mancipatum.
De cetero hic iterum necessaria fuit
Catholicorum & Evangelicorum con-
junctio: Illi enim negabant, Hos, i. e.
Status Evangelicos ex Pace Religiosa
idoneos esse bonis Ecclesiasticis im-
mediatis poscidendis, id quod tota illa
actione satis explicuere, quam vehe-
mentissimis certaminibus cum Prote-

stantibus super Reservato illo Eccle-
siastico suscepserant. Unde neminem
latet, quantis animorum motibus ea-
dem haec res in Conventu Osnabru-
genii ultraque ex parte agitata fuerit,
cum Evangelici etiam Ecclesiasticis Sta-
tibus plenam libertatem mutandi re-
ligionem, salvis Statu, dignitate & bo-
nis, vindicatum irent. Catholici vero
illos, qui a se ad Religionem Prote-
stantium transiissent, aut deinde tran-
stuti esent, omnibus Ecclesiasticis ho-
noribus & bonis privatos privandos
que declararent. Post longam con-
tentioñem cessere tandem Catholicis,
ut quos Archiepiscopatus, Episcopatu-
s, similiaque bona Ecclesiastica Au-
gustanæ Confessioni addicti Status an-
no 1624, prima die Januarii possede-
rent, ea tranquille & imperturbate pos-
sidere ultra posint. In casu futuros
concedere nihil voluere, ea animi ob-
firmatione, ut tandem absque circuitu
dixerint, die Catholischen hätten sich
resolvirt / lieber immerfort und so
lang noch einer von ihnen übrig wäre/
den Krieg fortzuführen ehe sie dem
Reservato Ecclesiastico auch in fu-
turu renunciiren wolten. Es wäre
genug/ daß sie es quoad præteritum
gethan.

b) *Status*) Quæri potest, cur hic
mentio non fiat Nobilitatis Immediatae,
uti

fimi vigesimi quarti posse fuderint, i) omnia & singula nullo plane excepto, k) ejus Religionis Confortes, l) qui dicto tempore in reali eorum possessione fuerunt, m) usque dum

G g de Re-

uti supra §. 2. factum, cum regula universalis pro restituendis ex termino restitutionis a quo traderetur? Ego causam hanc subesse puto, quod hic de Ecclesiasticis tantum agatur Statibus: Corpus autem Nobilitatis immediata sit Corpus Politicum, cajus membra ejus generis Bona possidere nequeant, quatenus scilicet ut nobiles considerantur. Quin enim fieri etiam Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatores, & similes possint, nemo negat. Sed eo sensu sunt Status, & ad Nobilitatem immediatam non pertinent.

i) die prima Januarii 1624, possederint) Itaque haec tria oportet concurrere, 1.) ut bona Ecclesiastica sint immediata, 2.) ut haec fuerint ab Status possessa, & 3.) prima die Januarii 1624, quibus positis nihil ultra desideratur sive ad actionem pro restitutione Bonorum dicta die annoque possessorum, si posthaec possessione quis exciderit; sive ad exceptionem finita litis contra Cleri Romani vindicias, si possessionem retinuerit.

k) omnia & singula, nullo plane excepto) Evidem qui omnia dicit, dicit etiam singula; & qui omnia & singula dicit, nihil excipit, ut haec ver-

bofitas & cumulatio terminorum idem effectu significantium supervacanea videri possit. Sed ne inutilis visa fuerit, effecit Adversariorum astutia, qui olim Pacem Religiosam tot subdolis inventis & cavillis maxima sui parte eluserunt. Unde territi Protestantes vestigiis & exemplis antiquis malueret omnes latebras, si fieri modo posset, excutere, & dejicere Sycophantas ex praesidiis suis, quam committere, ut latu[n]dident verbositatis metu.

l) ejus religionis confortes) Religionis scilicet vel Catholicæ vel Evangelicæ.

m) qui dicto tempore in reali eorum possessione fuerunt) Igitur reali possessione est opus, non mentali sive intentionali. Unde merito rejeti illi, qui postea contra reales Postlesores possessiones suas mentales, quasi omnino possessionem retinuerint, allegare voluerunt. Neque etiam magis audit, qui latitantes in loco, ubi Bona Ecclesiastica sita sunt, deinde perhibuere, occultato quamvis corpore, possessione te instituisse. Ille enim realiter possidet, qui publice rem in potestate habet, quoque nomine detinet, non qui occultis locis abditus, dum ipse possidetur magis, quam possidet, mox velut ex insidiis

de Religionis diffidiis n) per DEI gratiam conventum fuerit, tranquille & imperturbate possideant, o) neutrique parti liceat alteri seu in Judicio, seu extra, negotium facere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre: Si vero, quod Deus prohibeat p) de Religionis diffidiis amicabiliter conveniri non possit, nihilominus haec conventio perpetua sit & pax semper duratura.

§. 15. Si

diffidiis erumpens nescio quam imaginariam possessionem venditat, atque puerilibus nugis verum possidorem iudicare conatur. Realis enim possessionis hic idem est, quod alibi dicitur, nudum factum possessionis, usus, obseruantia, exercitium. *Vid. Recens. Noriberg. Execut. §. So denn Chur-Fürsten und Stände des Reichs. &c. n) usque dum de Religionis diffidio*

Vide quae supra ad §. 1. notata sunt.

o) *tranquille & imperturbate possidere*) His verbis omnis via juris & facti ad repetenda bona illa praeclusa est. Possessoribus enim neque in iudicio, neque extra illud facere negotium licet, multo minus vero turbas & impedimentum aliquod inferre.

p) *Si vero, quod Deus prohibeat &c.*) Fuit haec cautio ideo necessaria, quod Romano-Catholici cum tempore cœfari potuissent, per se non stetisse, quo minus de Religione non conventum fuerit. Et si uiam Religionem vere Catholicam & Apostolicam, id tot seriptis in lucem editis adeo luculentese demonstrasse, ut veritas nisi apud

obdurate animos non potuisse non suam vim habere: Sed Protestantes apud se constituisse etiam contra propriam conscientiam recalcitrare, quo adeptis semel tam opimis spoliis perpetuo fruantur. Hoc sibi vero tolerandum non esse, cum omnia fecerint, quæ convineundis istis hominibus adhiberi possent. Igitur manifesta eorum obstinatione ad alia sibi remedia merito respiciendum, cum spes reconciliationis decoixerit. Neque enim iustum esse, ut Ecclesia Romana perpetuo suis bonis fraudetur, quæ belli necessitatibus spe quadam reducendi aberrantes ad suum gremium ejusmodi conditione dimisi, qua satis declaravit, illa pro omnino derelictis non haberi. His & similibus inventis, quorum admodum ferox est Clerus ex temporum occasione, obviam iri melius non poterat, quam adserta haec Clausula, ut haec conventio perpetua sit, & pax semper duratura, etiam si de Religionis diffidiis amicabiliter conveniri non posset. Adhac subintelligenda est ista Clausula omnibus illis locis, quibus

§. 15. Si igitur a) Catholicus Archiepiscopus, Episcopus, Prælatus, aut Aug. Conf. addictus in Archiepiscopum, Episcopum, Prælatum eleætus vel postulatus, b) solus aut una cum Capitularibus c) seu singulis, seu universis, d) aut etiam alii Ecclesiastici Religionem imposterum mutarint,

Gg 2 exci-

quibus de causis & bonis Ecclesiasticis aliquid disponitur, quod valere debet usque ad compositionem Religionis. Neque enim existimandum huic loco saltem contra futuras obtestationes remedium adhiberi, coetera neglectui habita. Pertinet itaque ad paragrapheum etiam primum hujus articuli, itemque ad paragaphum nonum, & trigesimum primum, & ubique eiusmodi conditio invenitur, quæ ex humano ingenio inter impossibilis referenda est, quamdiu animi disputationum avidi unionem querunt in opinionum divergiis sociandis, non vero in caritate & sanctimonia vita, quæcum sine furo est & simulatione, dissentientes etiam & formulis quibusdam discretos nullo negotio conciliat & unum in cœtum colligit,

§. 15.

a) Si igitur &c.) Hæc est illatio ex paragraphe superiore, & concernit decantatissimum illud Reservatum Ecclesiasticum, quod in Imperio tot motibus occasionem dedit. Sequitur enim ex precedentibus, si Catholici & Augustana Confessioni addicti Status illos deum Archiepiscopatus, Episcopatus & coetera, tranquille & imperturbate pos-

siderem possint, quos anno 1624. posse derunt, illos Praefules, qui pothac religionem mutant, excidere bonis, quæ possideri nequeunt ab illo, qui alienis sacris nomen dedit, qua de re tamen hic, ut omne dubium praeceditur, paulo distinctius agi placuit.

b) Catholicus Archiepiscopus &c. aut Augustana Confessio addictus in Archiepiscopum &c. eleætus vel postulatus) Catholici hic vocantur Archiepiscopi, Episcopi &c. Protestantes vero in Archiepiscopum, Episcopum &c. Electi vel Postulati; id quod provenit ex conventione illa de titulis Principum Ecclesiasticorum ex Aug. Conf. que extat infra § 21. Revera sunt nūgæ, & plusquam pueriles trice, illis non absimiles, quibus etiam Curia Romana sibi placet, quæ Imperatorem Romanum, quando nondum coronatus est, non Imperatorem vocat, sed electum in Imperatorem.

c) Solus aut una cum Capitularibus) Si solus mutat, solus excidit, jure suo: si una cum Capitularibus, isti simul etiam suis iuribus excidunt. Quod si singuli, res singulostangit; Sin universi, etiam universos.

d) seu singulis seu universis) Hoc ve-

re

excident illi statim suo jure, e) honore tamen famaque illibatis,

ro jam sane nimium est, in quo Catholicis concedere Evangelicos oportuit. Quia enim Episcopus cum universo suo Capitulo corpus constituit, quod omnia iura Cleri in Ecclesiam illam habet, res indignissima profecto est, religionis mutata causa omnes sedibus pelli, cum nemo sit, qui exposcere ab eis rationem instituti posset, permissa semel in Republica Conscientiae libertate. Aliud est, si Episcopum tantum vel quosdam ex gremio prænituerit priorum sacerorum: tum enim reliqui intervenire poterunt, atque meliori specie objicere, sua interesse, ne Caput aut socios habeant a sua Religione diversos, cum proprie securitatis causa, tum ut tranquillitas & antiqua Religio in communitate conservetur. Res se eodem pene modo habet, ut apud Civitates, ubi si nonnulli saltē ex Magistratu aut Civibus aliena sacra amplexantur, status Civitatis non mutatur. At quando omnis populus deficit, & in aliam transit sectam, eum nemo supersit, qui priori Religione opus habeat, huic cedendum erit, quia pro�us iniquum esset, omnes Civitate expelli hac fini, ut mittatur Colonia Religionis conservanda causa. Neque est, quod jaent Catholici, se pari nobiscum jure agere. Nos enim vix fesqui Episcopatus, aliasque valde paucas Abbatias vel Prælaturas habe-

mus, de quibus periclitari possimus; cum illi ex adverso bonis suis Ecclesiasticis totum Imperium occupent, quorum ab invitis eripiendorum cupiditates uti merito abjiciunt Protestantes, ita non potest non illis molestum accidere, Catholicis facultatem non superesse, ea nobis addicendi, quae sui juris sunt, quoties veritate & conscientia urgentur, cum baculo enim & stipe nemo lubens exit. Enimvero quia sic pace placuit, nostrum etiam est hic acquiescere, ne temerata publica tranquillitas arguamur, a qua cogitatione toto animo longissime absumus.

e) excident illi statim suo jure) i.e. munere, dignitate, loco & omni jure Archiepiscopi, Episcopi &c. Meminimus, hanc questionem diebus nostris fuisse agitatum, cum Elector Saxoniae Fridericus Augustus Lutherana sacra ejurasset. Quandoquidem enim jam a tempore Reformationes Electores Saxonie Episcopi Misnenses semper facti sunt, ex quo Catholici illis bonis dejeceti fuere, atque adeo etiam prædictus Elector ante mutationem Religionis ex patre more huic Episcopatu præfuisset, quæsitum post hæc fuit, jam manifesta defectione, an fas sit, in possessione Ecclesiaz Misnensis ipsum relinqui, ex quo Pontifici Romano Sacramentum dixit? aut num non potius vi hujus §vi nostri omni jure exciderit,

batis, f) fructusque & redditus citra moram & exceptionem
Gg 3 ce-

rit, aliusque Episcopus eligendus ab iis sit, quibus id de jure competit? Scio equidem, placuisse nonnullis distinctiōnem inter Polonię Regem & Electorem Saxonię. Illum voluere Pontificium factum, hunc vero Lutheranum mansisse. Sed forsitan in Politicis ejusmodi diversi respectus cogi in unam personam poterint & distinguiri. Religio, quæ totum sibi hominem postulat, ferre juxta se amulam non potest. Ut miles integro juramento, & fide inter partes inimicæ dividere affectus suos operasque nequit; sic nemo duarum Religionum erit sectator ex æquo; aut huic cœtui, aut illi nomen est dandum. Qui vult medius aut ambidexter esse, ab utraque parte pro transfuga æstimatur. Si fas est verum dicere, mihi sane non constat, qua ratione, quoque jure post Instrumentum Pacis, & salvia hac lego Status Catholicus possidere Episcopatum Misnensem posset. Minime vero omnium retinere illum poterit ipse Elector & Episcopus, ex quo abjurato Lutheranismo in Pontificis Romani ditionem se dedidit. Verba enim nimis clara sunt: *excusatim suo jure*, nisi dicere malimus, quod ad hunc Episcopatum attinet, illum nominetenus tantum superesse: revera autem bona illa Ecclesiastica jamdiu Civitati reddita qualitatem &

privilegia rei sacrae vel Ecclesiasticae amississe. Neque oblitus, remanere adhuc formam aliquam Regiminis Ecclesiastici in Capitulo, & munieribus Canoniciis, quia haec observare etiam licet in illis Archiepiscopatibus, Episcopatibus que, quæ expresa conventione per Pacem Westphalicam secularisata sunt, uti loquuntur. Sane ipsis haec tenus Electoribus Saxoniae nomen & dignitatem Episcopi Misnensis non valde cordi feuisse, vel ex eo liquet, quod titulos suos hoc novo decoro ornare non magnoper curaverint, eam procul dubio ob causam, quia credidere, Duxes Misniae non opus habere ejusmodi inanibus titulis, cum Episcopatus Misnensis re ipsa jam partem constituat ipsius Ducatus. Si quis est, cui istæ rationes nondum satisfaciunt, illi considerandum relinquo, annon responderi possit, bona Ecclesiastica Episcopatus Misnensis non esse bona immediata, sed sub potestate Territoriali Ducum Misniæ sita? quo dato, perit hic locus in ferenda sententia contra Electorem, aliusque pro decisione causa quærendus est, ubi de Bonis Ecclesiasticis mediatis lex statuit.

f) honore tamen famaque illibatis) Hoc ex Pace Religiosa repetitum, de quo tamen cautum esse videtur cura supervacançea, ex quo libertas conscientia

cedant, g) Capituloque, aut cui id de jure competit, h) integrum sit aliam Personam Religioni ei, ad quam beneficium istud vigore hujus Transactionis pertinet, addictam,, elige-

entia in Imperio semel est admissa, cuius fructus in Civitate nullus fere esset, si cum famae honorisque detinimento foret conjuncta: ut jam taceam, omnes ejusmodi leges, quae conscientiis erroneous infamia pœnam irrogant, non iniuritatis modo, sed & manifeste absurditatis facile argui posse; cum miseratione potius digni sint homines, quorum intellectus falsis opinionibus obnubilatus est: neque est, quod contumaciam imputent. Nemo enim voluntarie errat, sed necesse est se corrigit, postquam convictus est erroris. Convictus autem ille dici nequit, quem alter de eo instruit, quod sibi verum rectumque videtur, antequam ille etiam ascensum præbet, ex intima conscientia elicatum: tum enim ut intellectus resistat, fieri plane non potest. Quod si vero intra se convictus respectu ejusdam commodi vel utilitatis simulare amet, se convictum non esse, uti nemo cognoscere aut definire potest, quid alter apud se sentiat; ita sane extra omne humanum forum ejus rei dijudicatio erit. Neque interest ejusquam, quid alter apud suum animum statuit, si de cætero se faeris publicis accommodat, & cum turba hispioniam facit.

g) fructusque & redditus citra moram & exceptionem cedant) Hæc nimurum est illa Diana, quam procatitur homines. Honos, fama, facile relinquntur, neque exempla valde movent; ubi vero de bonis, fructibus & redditibus quaestio est, quibus culina fumat, ea vero forcipe tenacius servant, ad extremum potius halitum pugnaturi, quam ut Mammona suum misum faciant. Coeterum distinctio hic fit inter fructus & redditus extantes & perceptos. Illi restituendi sunt; hi relinquntur decadenti, ubi consumpti fuerint.

b) Capituloque, aut cui id de jure competit? Quodsi vero Archiepiscopus una cum toto Capitulo simul Romanæ Ecclesiæ repudium miserit, ad quem ea res pertinebit? Imperatores hoc jus ante multa secula abdicavere, Pontifici Romano id ipsum sine prejudicio Ecclesiæ Germanice concedi non potest. Patriarcham non habemus. Archiepiscopo in alium Archiepiscopum nulla suppetit potestas. Multo minus vero alieno Capitulo attribui jus eligendi potest. Erit procul dubio rarissimus casus, aut potius moraliter impossibilis. Quod si tamen evenerit, aut ego vehementer fal-

lor,

elgere aut postulare, i) relictis tamen Archiepiscopo, Episcopo, Prælato, &c. decedenti fructibus & redditibus interea perceptis & consumptis. k) Si ergo Status I) seu Catholici seu Aug. Conf. addicti, Archiepiscopatibus, Episcopatibus, bene-

lor, aut Pontifex ad suam curiam re-
vocabit hoc negotium, cum nemo sit,
qui propiori jure tractare illud pote-

titus & redditus consumptos refero,
quæ ad privatos Episcopi usus seposita
jam sunt.

l) Si ergo Status) Hic ratione longe commodiore novus inciperet paragaphus, ubi de restitutione agitur Bonorum Ecclesiasticorum immediatorum, quæ Calendis Januariis anni 1624. possessa sunt. Sed quia aliter Pacificentibus placuit, sequendum nobis etiam est. Coeterura verba, si ergo, illativa sunt magis ex §. 14. quam ex iis, quæ in hoc §. precedunt. Supra enim §. 14. definitum fuerat, ut bona Ecclesiastica immediata, quæ anno 1624. possessa fuere, possidere etiam porro possint quiete & imperturbate. Hie ergo queri poterat, quid dicendum de illis sit, quæ dicto quidem anno dieque possessa sunt, postea vero amissa iterum, ita ut is, qui sic possedit, tempore initæ pacis in possessione amplius non fuerit? Hunc igitur tam in Ecclesiasticis quam Politicis restituendum esse edicitur. Intermedia demum reservatum Ecclesiasticum continent, ut jure suo excusat, qui imposterum, i. e. post pacem religionem mutarit,

i) eligere aut postulare) Quid sit eleccio, quid postulatio? ex Jure Canonicō constat; postulantur enim, qui elegi-
gi ob vitium Canonicum non pos-
sunt: manifesto in tanta re ludibrio,
quasi parum referat, legi vim fieri,
dummodo prohibitam rem ingeniosa
fraude & nominibus alienis tegere li-
ceat. Quaenam non est haec ludifi-
cacio, ut manentibus perpetuo gravissi-
mis justissimisque causis, ob quas Sa-
eri Canones prohibuerent, ne quis duarum Ecclesiarum sit Episcopus, ambi-
tioneeris & avaritiæ damnata crima no-
va appellatione sublevemus.

k) perceptis & consumptis) Quid si percepisti quidem fuerint, sed nondum consumpti? si stricte verbâ sequimur, perceptio sola vix sufficiet. De fructibus enim & redditibus sermo, qui in horrea & ærarium publicum inferuntur, quando percipiuntur. At sic colleoti magis Ecclesiæ esse creduntur, quam Præfus ejus, quorum tantum fidus dispensator est. Unde inter fru-

m) aut

beneficiis aut præbendis suis immediatis m) a die prima Jan. Anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti judicialiter aut extrajudicialiter exciderint, n) aut quocunque modo turbati fuerint, o) vigore harum illico tam in Ecclesiasticis quam Politicis omnibus novationibus abolitis restituantur, p) ita quidem, ut q) quæcunque bona Ecclesiastica immediata die prima Januarii Anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti Catholicorum Præsule regebantur, Catholicum caput recipiant, & vicissim quæ dicto Anno, dieque Aug. Conf. additi possidebant, retineant etiam in posterum, remissis tamen, r) quæ una pars contra alteram prætendere posset,

per-

m) aut præbendis suis immediatis) Nota hic semper repeti, & inculcari quasi, qualitatem illam bonorum, quæ est immediatas, ne quis existimet, quæ horum gratia constituantur, ad bona etiam Ecclesiastica mediata pertinere, de quibus infra separatis paragraphis paulo alter est convenit.

n) judicialiter aut extrajudicialiter exciderint) Hoc est, five jure five factio. Nam judicialiter & extrajudicialiter hic aliquanto latius accipientur esse puto, quam alias sit juridicus sensu, cum utrumque dicitur de iis actionibus, qui eoram Judice vel in judicio sunt, & deinde ratione modi in judiciales & extrajudiciales distinguntur.

o) aut quocunque modo turbati fuerint) Hoc inter alia eo pertinere puto, ut si forte Capitulum, quod anno 1624. in possessione erat vel Catholicum vel Augustana Confessioni addictum eligendi in Episcopum, turbatum posthac

coactumque fuisset ad faciendam electionem contra animi sui sententiam, non modo Capitulum in pristinam libertatem restituantur: verum etiam ille ipse hoc modo Electus abdicare se dignitate & munere teneatur, quando constat, anno 1624. prima die Januarii diversa Religionis Praefulem Ecclesiæ præfuisse.

p) vigore harum illico tam in Ecclesiasticis quam Politicis restituantur) Fit hinc restitutio non in Ecclesiasticis tantum, sed & Politicis, quia Ecclesia in omnem illum statum restituitur, quo dicto anno dieve gavila est, novationibus omnibus abolitis, uti hic statim sequitur.

q) ita quidem ut &c.) Haec majoris perspicuitatis causa, & ad mentem pacientium tanto melius declarandam pro exemplo adjiciuntur. Verba ipsa sunt clarissima, neque opus habent ullum interprete.

r) remissis tamen &c.) Ille ergo, qui

perceptis interea fructibus, damnis & expensis. s)

§. 16. IV. In omnibus Archiepiscopatibus, a) Episcopatibus, & reliquis fundationibus immediatis b) jura eligendi & postulandi c) juxta cuiusque loci consuetudines & statuta antiqua illibata maneant, quatenus illa Imperii constitutionibus, d) Transactioni Passaviensi, Paci religiosæ, & in primis huic declarationi & transactioni sunt conformia, &

H h

intui-

Jura elegendi
& postulandi.

qui decedere sic loco cogitatur, lucratur in fructus perceptos, neque de damnis datis conveniri potest: ex adverso autem non auditur etiam, si expensas factas imputare velit.

s) *expensis*) Duplii hoc sensu intelligi potest; aut ne acceptorum expensorumque rationem reddere cogatur Capitulo: aut ne sumptus five impensas, in rem possestan interea factas repetere possit. Neque quicquam prohibet, utrum hoc loco intelligi; ubi habetur *remissis expensis*, que una pars contra alteram pretendere possit. Priori enim easu Capitulo perit actio de reddendis rationibus; & altero Episcopo dececessuro de expensis in rem factis.

§. 16.

a) *In omnibus Archiepiscopatus*) Hoc paragraphe confirmantur jura eligendi & postulandi juxta cuiusque loci consuetudines & statuta antiqua, quatenus illa Constitutionibus Imperii, Transactioni Passaviensi, Paci Religiosæ & huic Transactioni non sunt contraria, nihilque in se continent, quod

uni alteriæ parti Religionis suæ intentiu aduersum est.

b) *fundationibus immediatis*) Ecce ubique fere magna circumspetio ne repeti illud de bonis *immediatis*, ne quisquam existimet, de mediatis etiam hic simul statui, quorum longe alia conditio: atque haec bene notanda, neque unquam oblivioni danda sunt, quoties de aliquo casu judicium est ferendum.

c) *jura eligendi & postulandi*) Vide de istorum differentia Buckisch ad hunc locum. Seilicet jus eligendi secundum Canones est regia quasi via, perveniendi ad summam Ecclesiasticas dignitates. Jus postulandi sequioribus temporibus in fraudem legum, deinceps introducendum prevaricatione & vafritie hominum, qui in subsidium & sub alio titulo postulantur, cum eligi non possunt ob vitium aliquod Canonicum. Hoc modo inventa ratio est eludendorem Canonum, ut ambitio si sub alio nomine rem ipsam per Canones alias prohibitam & damnatam consequi tamen possint.

d) *qua-*

intuitu Archiepiscopatum e) & Episcopatum Aug. Conf. addictis permanentium, ea nihil in se contineant illi Confessioni adversum, sicut etiam pariter in Episcopatibus & Ecclesiis, in quibus Catholicis & Ang. Confess. ordinibus mixta iura admittuntur, statutis antiquis nihil de novo admisceatur, quod Catholicorum vel Ang. Confess. additorum conscientiam & causam pro cuiusque parte laderere, eorumve Jus imminuere possit.

Nobiles Patrii gradua-

ti.
§. 17. Postulati vero seu electi, a) in capitulationibus suis spondeant, b) se suscepitos Ecclesiasticos Principatus, dignitates & beneficia nequaquam hereditario jure possessuros,

d) quatenus illa Imperii Constitutiones (Nota hic quinque casus, cum Statuta antiqua & consuetudines Ecclesiasticae non attenduntur, 1.) si contraria sunt Constitutionibus Imperii, id quod sane arguit, potestate Civili derogari posse iuri & statutis Ecclesiasticis, 2.) cum non adversantur Transactioni Passavensi, 3.) Paci Religiosae, 4.) huic Declarationi & Transactioni, & 5.) denique, si nihil contineat Confessioni utriusque partis adversum.

e) & intuitu Archiepiscopatum Hic iterum ponuntur duo casus. Unus de Archiepiscopatibus Episcopatibusque, qui penes A. C. addictos Statut manent: & alter de Episcopatibus & Ecclesiis, ubi utraque pars mixta iura habet. Illic consuetudines & Statuta antiqua sic tantum valent, quatenus nihil in se continent, quod

sit Augustanae Confessioni adversum. Hic vero cavetur, ne statutis antiquis aliquid de novo admisceatur, quod conscientiam unius vel alterius partis laderere, aut jus eorum imminuere possit.

S. 17.

a) Postulati vero seu Electi &c.) Hoc sive de duobus proficitur. Unum est, ne quisquam dignitates & beneficia Ecclesiastica, postquam ea adeptus est, hereditaria faciat. Et alterum, ne Nobiles Patrii & Academicis dignitatibus insigniti, aliæve persona idonea excludantur.

b) in Capitulationibus suis (spondeant) Capitulationes sunt pacta inter Electum & Capitulum inita, quibus ille de certis rebus fidem suam interponit. Hic spondere jubetur, se suscepitos Episcopatus aliave beneficia Ecclesiastica immediata hereditario jure

ros, aut id acturos, c) ut hereditaria fiant, sed libera sit d) ubique capitulo, & quibus id præterea e) pariter cum capitulo pro more competit, tam Electio & postulatio, quam sede vacante administratio f) & Jurium Episcopaliū exercitium, operaque detur, ne Nobiles Patricii, gradibus Academicis insigniti, aliæque personæ idoneæ, ubi in fundationi

Hh 2

bus

jure non possessorum, neque id actuorum, ut hereditaria fiant, sed liberam electionem atque postulationem relieturum.

c) aut id acturos) Hoc non ubique olim ab iis, qui tales Episcopatus posse sedere, observatum fuisse, conquisti sunt aliqui, productis etiam atque in publicum editis Tractatibus quibusdam cum Anglis Hollandisque ejus rei confiencia causa initis. Quicquid sit, conatus saltem, si qui fuere, eventu caruerunt.

d) sed libera sit &c.) Libera est Capitulo electio & postulatio non ab obligatione vel necessitate, facere illum velit aut nolit: ad eligendum enim omnino tenetur: sed a coaftione atque vi, ne quis prescribere illi possit vel imperare, ut hunc pra illo eligat potius. Ex hoe loco Capitulo Lubecensi mota fuit quæstio, an obligare se potuerit, ut certis vicibus ex sola Domo Götterpiensi Episcopos suos legere teneatur, linea Gluckstaedtensi exclusa? Nos manum de tabula. Interea hoc verum est, electio nem eo liberiorem fore, quo minus

ad certas personas est alligata. Ferret ho die hoc ipsum negotium, obitu Episcopi Lubecensis suscitatum, cuius exitum expectare malumus, quam de jure partium multa disputare. Viderint illi, quibus causa hac tradita mandata est. Nobis curiositas non est tanti, ut vel cum invidia redimere eam placeat.

e) Capitulo & quibus id præterea) Hoc ex institutis & moribus cujusque Ecclesie est judicandum.

f) quam sede vacante administratio) Vacante sede credit ad Capitulum omnis potestas regendi Ecclesiam, administrandi res ejus, vice Episcopi, donec electus alius fuerit: quæ potestas hic appellatur jurium Episcopaliū exercitium. Neque enim jure proprio videntur possidere, sed instar ejus, cui mandata est jurisdictionis vel ad formulam vicariae potestatis. Interea esse tamen possunt jura quædam Episcopaliū, quorum usum & exercitium Capitulum non habet, donec alius electus fuerit, qualia sunt, quæ Episcopi velut ossibus inherent, sicutque habent substantiam in ipsa ejus

bus non adversatur, g) excludantur, sed ut potius in iis conserventur.

Preces prima-
riae.

§. 18. V. Ubi Sacra Cæsarea Majestas jus primariarum precum a) exercuit, exerceat etiam imposterum, dummodo decadente Augst. Conf. addicto in ejus Religionis Episcopatibus Aug. Confess. addictus ad normam statutorum

ejus personali dignitate atque munere. Nam si Bullati Doctoris nomen istos suo jure ad dignitates ejusmodi Ecclesiasticas non promovet, saltem iis obesse non debet, si hoc munere alias digni habeantur, ne inter alias personas idoneas, quarum hic sit meatio, referri possint. Neque enim Bullati omnes ingenii sunt de grege plebis: neque omnes Academicci ex luto ignorantiae emeruntur. Titulus Doctoralis non ex vulgi modo opinione estimatur; verum etiam habet in Civitate prærogativas suas legum favore. Hic uti in Academiis caro suis Candidatis constat ob sumptus, in rem faciendo, opificum more, quos etiam pro cuiusque tribus consuetudine artis sua specimen edere oportet, cum ponunt titocinium, & Magistri nomen atque privilegia assument. Ita qui impensis illis ferendis pares non sunt, & proinde a Comite quodam Palatino, ubi vilius haec merx venit, dignitatem Doctoralem emit, qua opus habet, ut meliorem suam conditionem faciat, injustum profecto esset, hanc solam ob causam digniori præcludere

aditum ad honores, quod omnibus solennitatibus in comparando titulo suo usus non fuerit, praecipue cum auctor, qui potestatem facit conferendarum id genus dignitatum, utrobique idem sit, Imperator scilicet, & corruptelis apud dispensatores earundem ex omni parte occasio æque facilis pateat iis, qui facultatem habent ergandi nummos in manus oculatas.

g) ubi id fundationibus non adversatur) Haec claufula earum fundacionum causa adjecta est, in quibus ad Episcopale munus, vel in ordinem Canonorum nemo recipitur, nisi certam imaginum Majorum seriem, nullo alieno sanguine commaculatum, docere possit. Hoc tales Buckisch ait, oœoanus vocari, & sic oœo generationes intelligi; ridicula profecto appellatione, sive vocem anus, que diversa significat, ad genus masculinum, sive ad femininum referas.

§. 18.

a) Ubi Sacra Cæsarea Majestas jus primariarum precum) Quid sit jus primariarum precum, ab aliis exponitur. Hic Imperatori illud, quamvis Catholi-

rum & observantiæ idoneus b) precibus fruatur. In mixtis vero ex utraque religione seu Episcopatibus, seu aliis locis immediatis c) precibus primariis præsentatus non gaudeat, nisi beneficium vacans Religionis confors possederit.

§. 19. Si quid Annatarum, a) Jurium Pallii, confirmationum, Mensium Papalium, & hujusmodi jurium & reservationum nomine b) in bonis statuum August, Confessio-

Hh 3

Annataræ. Jura
Pallii, &c,

tholico, etiam in Protestantium Bonis Ecclesiasticis salvum & integrum conservatur, hac conditione, ut in confendis Episcopatibus, qui Caput habent Augustanæ Confessioni additum, ejusdem Religionis Præfulem nominare debeat: in mixtis vero præsentatus a Cæsare primariis precibus gaudere aliter non posset, nisi beneficium vacans ejusdem Religionis confors possederit. Uno verbo, loca in omnibus Ecclesiis immediatis Prostantibus ex anno possessionis decretorio debita semper supplenda sunt iis, qui cum decedente eandem Religionem profitentur, neque ista regula obtentu aliquo primariarum precum mutari potest.

b) ad normam statutorum & observantie idoneus) alia conditio, que expectat, ne, ubi octoannis tantum locus datur, surrogentur alii, tot partium enumerationibus non sufficiens.

c) seu Episcopatibus, seu aliis locis immediatis) Ecce iterum mentio de bonis & locis immediatis. De mediatis, quibus Imperator Ius primariarum

precum habet, infra §. 26. agitur.

§. 19.

a) Si quid annatarum) Sunt istæ annatae vaferrium expilandæ Germaniae inventum sub specioso titulo comparandarum adversus Turcas vi- rium: immensa vi auri argenteique quotannis Patria nostra hoc nomine turpiter & nefarie emungitur, nullo usui, nisi ut Romani Pontificis opes damno nostro augeamus, cum longe consultius esset exemplo Gallorum sape- re, & collectam ex primis annuis redi- tibus pecuniam ad sustentandam pu- blicæ rei dignitatem convertere, vel ad alios necessarios usus seponere. Neque sane ego dubito, si quas auri argenteique summas ex Germania quotannis pro rebus nauci Romam depor- tari patimur, publico æario inferri mandaremus, quin brevi opes habitu- ri simus gerendis bellis, quoties opus est, plus quam sufficientes.

b) Jurium pallii, confirmatorum, mensium Papalium, & hujusmodi jurium & reservationum nomine) En ma- gnum numerum præstigiarum, quibus

Germa-

Germani ab Italibz sibi imponi patiuntur, ut pecunia sua res non casla nunc dignas redimant: id quod tanto magis mirum, cum aliis in rebus tenacissimi simus jactandi nostra. Jamdiu est, quod Oecumenica Concilia justissimis & severis decretis ejusmodi expilationes abrogarint. Quæ non igitur est hæc fascinatio & inlania, cum aliis in caulis auctoritate istorum nitamur, beneficiis eorumdem uti nolle, quæ ad nostram libertatem commodumque summo Patrum consensu quondam concessa nobis sunt? Quid enim nostrum refert, si Archiepiscopus quidam pallium ex vili lana Roma non accepiterit aut si electio ejus à Papa confirmata non sit? Quodsi hæc dona sent a sancto Patre, gratuita esse oportet. Gratus accepit, si quid modo accepit; gratis dare debet. Nunc quæstum turpisimum facit ex sacro officio, & instituto Monopolio, verumque propositis ineptissimis mercibus, quæ solo nomine commendantur, Christianam Rempublicam & Ecclesiasticum Ordinem non minus quam plebejum premit atque exhaustit. Frustra objiciunt, habere Pontificem Maximum opes debere, quibus dignitatem suam sustinet, quæ toto orbe Christiano summa est. Sed fuit tamen Petrus etiam summus Pontifex et si aurum & argentum non habuerit. Honor & reverentia, quæ facri Ordinis auctoritatem fulcit, non comparanda divitiis est, sed virtute sancti-

monia & integritate morum: in primis autem constantia & robore fidei, qua primi illi tot miracula edidere, olim ad stuporem incredulorum, hodie ad ruborem inquietendum tam degeneri Successori. Neque carebit Pontifex necessariis, quamvis ingeniosis adeo fraudibus omnes Ecclesias subjugum non miserit tot gravissimis tributis impostis. Est ipsi satis opulentum, quod vocant, Petri Patrimonium, regii proventibus haud impar: unde si modestiam aehibuerit & continentiam, abunde habebit, quo suam dignitatem tuebitur, quæ paratu externo non valde opus habet, minime omnium vero armis defendenda est. Si quid præterea pii & devoti sua sponte & ex animi sententia conferre volunt, nulla invidia erit. At universum orbem censu describere, & rectigalem facere, proscriptis publice taxationibus, quæ pretium omnibus facris rebus imponunt, velut ex macello, aut taberna pictoria emendis, hoc vero si non est manifesta & excrabilis Simonia, nescire me fateor, quid illa sit. Quantis affluent opibus, indicio sunt immenses illæ summe, quas saepè nepotibus suis extollendis impenderunt. Ut tot myriades aut milliones taceam, in thesaurum ab uno aliquando homine paucos intra annos congregatas, absque ulla de cetero parsimonia, cum & laute atque magnifice, si qui alii, vixerint, & in suspendis molibus exterrundis, aut col-

lapla-

nis Ecclesiasticis c) immediatis d) a quoconque e) quandoconque aut quomodocunque f) prætendatur, id validitate & exe-

lapsarum ruinis reparandis, nullis sumptibus pepercere. Atque est sane hæc Glauci & Diomedis stultissima permutatio, cum aurum argentumque nostrum pro rebus Iudicris & puerilibus damus, non alio fine, quam ut tot opibus congestis homines illi socios luxurient, quibus recte collocatis omnes tota Germania pauperes vindicari a miseria & fame possent: benedicente sine dubio tam pium institutum Divino Numine, cuius nunc maledictione ob pauperes neglectos, perditasque inutiliter opes nostras misere tabescimus.

c) in bonis Statuum A. C. Ecclesiasticis En tibi ergo meliorem multis modis conditionem Protestantium, qui se ab hac rapacitate & deprædatione liberavere, merito exemplo futuri civibus suis, si sapere possent. Nam virtute tantum & animi fortitudine est opus. Neque dubitandum, Catholicos non eadem facilitate, eodemque jure excutere jugum posse, si vellent modo. Quantamcumque enim potentiam & auctoritatem Pontifex Romanus haec tenus in Orbe Christiano sibi comparavit, illa tamen nunquam ad eam firmitudinem invaluit, ut vi cogere eos posset, qui spontanea superstitione sibi obedire nolent,

Quod, ut denio dicam singulare Dei Providentia factum arbitror, ut Clericus pudore adhuc aliquo & metu reteretur, quem sane oppido abjecturi forent, nisi sibi de illorum defectione timerent, quos hue usque sola reverentia in officio continuere, vincule quidem ex hominum opinionibus, præcipue cum partium studia fervent, satis forti: at ubi semel illud ruptum, & ille sacer metus excussum est; prorsus inidoneo ad restringendum, cum homines libertatem semel nacti, & pristine servitutis memores reverentiam instare in gravissima odia soleant, & illos tanquam impostores hostesque suos averfari, a quibus se tam piis fraudibus olim circumventos atque ludificatos reminiscuntur.

d) immediatis) ne de hoc etiam paragraphe dubites, immediatorum fit iterum mentio.

e) à quoconque) Jura annatarum, Pallii, confirmationum, mensiam Papalium, & similium nominum jura proprie sunt Romanæ Curiae debita. Itaque quando hic dicitur, à quoconque, id propterea factum videtur, ut pareatur honori Pontificis, quem nominatim in scenam producere verendum fuit.

f) quandoconque aut quomodocunque)

& executione à brachio seculari impertiendia caret. g)

§. 20. In quorum autem a) Ecclesiasticorum bonorum imme-

que) quandomcunq; ad tempus spectat, ut etiam si solvissent ejusmodi jura post Transactionem Passaventem vel annum 1624. ad ea porro praestanda non ternerentur. Quomodo cuncte obligationes vel prætensiones. Avaritia enim & cupiditas ingeniosa est, cui nunquam satis obstrui omnes petitionum via possunt.

g) id validitate & executione abrachio Seculari careant) Igitur adversus ejusmodi prætensiones duplex hic remedium adhibetur, unum ut validitate careant; & alterum, ne utcunque cupita juventur a Magistratu subsidaria executione. Illo jus & obligatio tollitur, qua de re statuere Rempublikam posse, nullum est dubium, qua ipsa saepe Ecclesiastica bona in usus civiles convertit. Hæc calumniatoribus opponitur, quibus auxilium denegatur, si postulare pergent, quod ipsi iustis ex causis jam ablatum est. Posset supervacanea omnis hæc causa videri, cum Ecclesia Romana à profanis illis, quos appellat, usurpatoribus, honore & conscientia integra, jura sibi solvi eam ob rem petere néqueat, quam isti judicio hujus sedis, non sine ermine sacrilegii possident. Neque enim istud absque præjudicio sit, cum

ipsa acceptione videar possessionem ejus approbare, à quo jura ex re possessa debita exigo. Sed vestigial etiam ex lotio bene olet. Unde nullum est dubium, quamvis forte Pontifex Romanus possessionibus Bonorum Ecclesiasticorum, qui Augustanae Confessioni addicti sunt, pallium non facile dederit, aut electionem eorum confirmari, quin tamen lubens avidusque pecunias illas recuperet, quæ ex id genus bonis olim annatarum nomine, aut jure pallii, vel similium rerum, exsolvi moris fuit. At cum Protestantibus haudquaquam commodum fuerit, opes suas ingrata adeo officiositate prodigere, illi cum ratione sibi cavendum esse existimavere, ne hoc nomine sibi lis esset; præcipue cum Catholicis etiam apud nos nulla sit religio, ex bonis Protestantium pensiones censusque exigere, quæ sibi secundum leges & statuta patria debentur.

§. 20.

a) In quorum autem &c.) Occasione mensium Papalium, quorum mentio superiori ꝑvo injecta, placitumque fuit, ne quid eorum nomine à quocunque prætendatur. Hic exceptio quedam traditur in fundationibus mixtis, ubi utriusque Religionis Capitula-

res

immediatorum b) Capitulis utriusque Religionis Capitulares & Canonici vigore præfati termini c) certo utrinque numero admittuntur, mensesque Papales id temporis in usu fuerunt, d) porro quoque, si decadentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant, atque executioni, casu eveniente mandentur, e) modo

Ii Kk

Papa-

res & Canonici certo utrinque numero ad beneficia admittuntur; tunc enim penes Catholicos illis mensibus locus est, executioni etiam eveniente casu mandandis.

b) bonorum immediatorum) Continuat semper lex in bonis immediatis, ne errori occasio ex eo detur, quod Canonici sub Episcopo sunt, & videri possent Mediatorum numero habendi. Quamvis enim hoc suo sensu verum sit, manent tamen bona, ex quibus illi aluntur, immediata, quia partem constituant totius fundi, qui immediatus est.

c) vigore præfati termini anni scilicet 1624. & primæ diei Januarii ejusdem anni, quo termino cujusque possessiones & jura in Fundationibus immediatis extinxeruntur.

d) mensesque Papales id temporis in usu fuerunt) Nota conditionem, ut tum demum hoc obtineat, si menses Papales dicto anno dieque in usu fuerunt; si vero non fuerunt in usu, ne Catholici quidem tenentur rationem illorum habere, sed quovis mense ipsi eligunt, non expectato Pontificis ju-

dicio. Interim manet adhuc insigne discrimen inter hos ipsos & Protestantes: Illi enim pro habitu anni dieque subjiciuntur illis mensibus, aut liberantur. Hi vero ab illis prorsus securi facti sunt, quandocunque etiam & quomodounque condicere quis vetera sua jura vellet. De cœtero quia hoc h[ab]e[re] de mensibus tantum Papalibus agitur, queri potest, an respectu Catholicorum idem sit dicendum de annatis, Juribus pallii, confirmationibus, reservationibus & similibus. Sed forte inutile est hæc quæstio, cum illa jura pleraque aut sane omnia Archiepiscopos, Episcoposque concernant, quorum duo uno in loco simul esse nequeunt. In Episcopatu quidem Osnabrugensi alternatio singulis vicibus inter Catholicos & Protestantes electionis ratione introducta est. Enimvero uti, cum eligitur Episcopus A. C. addictus, superiora locum habent ejus intuitu: ita Catholicum non dubito jure & conditione reliquorum, sive Religionis consortium fore.

e) atque executioni mandentur) à que vero? num ab Episcopo ejus lo-

ci, 28

Papalis provisio f) Capitulis immediate è Curia Romana g)
& tempore legitimo h) insinuetur.

§. 21. VI. Electi aut Postulati in Archiepiscopos, a) E-
piscopos aut Prælatus Aug. Conf. addicti, à Sacra Cæsarea
Maje-

ci, an ab ipso Papa, excommunicatio-
nibus suis in ejusmodi casibus adver-
sus inobedientes armato? Prius vide-
tur, ut Episcopus scilicet ad Papæ po-
stulationem auctoritatem suam inter-
ponat, quanquam non dubitem, hic
etiam ex superiori §. 17. repetenda
conditionem, atque hue transferendam
esse, ubi id fundationibus non adver-
sat. Quibus institutis ipse etiam Pon-
tifax se in exercito juriuum suorum ac-
commodare merito debet. Unde sta-
tim querelæ & expostulationes etiam
apud Catholicos, quoties Papam men-
sibus suis abutit, & designatione inido-
nei hominis contra statuta Capitulis
præjudicium creare animadvertunt:
infuper etiam habitis brutis illis fulmi-
nibus, quæ nonnunquam in illos vi-
brantur, qui non ad omnia mandata
fasces servili obsequio submittunt.
Testes hujus rei esse possunt Ecclesia
Constantiensis atque Wormatiensis,
imo recenti adhuc exemplo Monasteri-
ensis, quæ cum Pontifice ob Präpo-
siti electionem magnam controversiam
exercet; Capitulo hanc rem sibi vin-
dicante: Cum è contrario Pontifex
eam sui juris faciat, quasi munus in
Curia Romana vacaverit. Atque hæc

lis nondum est sopia, Monasteriensi-
bus suæ Ecclesiæ libertatem & jura-
gnaviter atque cordate adverfus im-
portuna ejusmodi imperiæ adseren-
tibus.

f) modo Papalis provisio &c.) Prä-
ter conditionem temporis, de qua pau-
lo ante, duo adhuc requiruntur, u^s
Provisio Papalis immediate è Curia
Romana insinuetur: & ut id fiat tem-
porum legitimo.

g) immediate è Curia Romana) Ita-
que si nuncii Apostolici in Germania
stationem habentes id ipsum tentent,
obsequi eis nemo tenetur.

h) tempore legitimo) Hoc tempus
legitimum secundum Concordata Na-
tionis Germanicæ cum Sede Romana
§. 3. sunt tres menses à die Vacationis
in loco beneficij, quibus elapsis, si in-
terea de beneficio illo auctoritate A-
postolica provisum non fuerit, Ordini-
narius, vel alius, ad quem illius rei cu-
ra pertinet, de eo libere poterit dispo-
nere.

§. 21.

a) Electi aut Postulati in Archiepi-
scopos &c.) Status Ecclesiastici A. C.
addicti non appellantur hic Archiepi-
scopi vel Episcopi, sed Electi aut Po-
stulati

Majestate b) postquam intra annum Electionis aut postulationis suæ fidem fecerint; c) & juramenta Regalibus consuetata feudis præstiterint, absque illa exceptione investiantur, ultraque taxæ ordinariæ summam, insuper ejusdem dimidium d)

Ii 2 Kk 2

pro

stulati in Archiepiscopos Episcoposque. In causa fuere Catholici, quibus religio erat his nominibus eos designare, qui à Pontifice confirmationem neque petunt, neque impetrant. Electorum autem aut Postulatorum hic disjunctive fit mentio, quia inter utrosque aliqua est differentia. Quos enim per Canones eligere non licet, si tamen Episcopos fieri volumus, in fraudem legis postulari dicimus. Quid sit autem proprio electio, quid postulatio, & quibus differant, ejus rei apud Juris Canonici Scriptores uberior cognitio petitur.

b) a Sacra Cesarea Majestate absque illa exceptione investiantur.) Id enim illis antehac negatum fuerat, quod Catholici affirmarent, Protestantes bona id genus Ecclesiastica habere non posse cum qualitate illa sacra, quam conferunt in Catholicos, accedente Pontificis confirmatione: cuius tamen petenda nec ipsi Protestantes operam haec tenus dedere, nec Pontifex impertienda voluntatem explicituit,

c) postquam intra annum electionis aut postulationis suæ fidem fecerint.) Tempus itaque in Feudis Ecclesiasticis pro investitura petenda, quod ex Jure

Feudali annus est, hic currere incepit, non à morte proximidecessoris, sed à novi Successoris electione aut postulatione. Ex quo colligimus, quamvis vacante sede Capitulum in ceteris Defunctum interea representet, & plenam bonorum administrationem habeat, tamen renovationem Investituræ petere non posse, ut illa omnia agere aut tractare nequit, qua Episcopi præsentiam & auctoritatem desiderant.

d) ultraque Taxæ ordinariæ summam, insuper ejusdem dimidium &c.) Provenit hoc ex invidia Catholicorum, qui cum Protestantes adigere ea non possent, ut, quæ ipsi auctoratum, Jurium Pallii, confirmationum, reservationum, & hujusmodi exactiorum nomine solvere Pontifici debent, hi etiam præstarent: initio institere, ut saltem Cesari tantundem solveretur. Sed quandoquidem hoc etiam Protestantibus nimium visum; forsitan etiam Catholicie ipsi advertebant, non fore sine præjudicio Sacri Ordinis ea quæ Pontifici debentur, iisdem sub nominibus Imperatori exsolvere: media tandem ratio placuit, ut omissa jurium id genus mentione, nomine investitu-

pro infeudatione pendant, iidem e) aut sede vacante Capitu-

situræ, ultra ordinariæ Taxæ summan in super ejusdem dimidium pro infeudatione pendatur. Quo consilio id saltem vitatum, ne Bona Ecclesiastica, quæ tanto cum onere ex Romanæ sedis avaritia in Catholicos transiunt, Protestantibus gratis omnino cedant, ex hac immunitate longe meliore conditione futuris. Forsan id etiam tacite actum, ut quæ Cæsari penduntur, loco vicario sint Jurium Papalium, ne prorsus extincta esse videantur. Neque enim insolitum est, iudicris etiam & levibus rebus, si per seria non licet, nobis prospicere, quæ mox ex temporum opportunitate ingeniosis argumentis, quæ nunquam nos desituunt, in nostras utilitates convertere optime novimus.

e) iidem) Hoc difficillime à Catholicis impetratum. Huc usque enim Status Ecclesiastici Protestantes adeo ab omnibus Comitis tam Universaliibus quam Particularibus prohibebantur, ut ne pace quidem Pragensi habita eorum ratio fuerit; cum expresse quadraginta illis annis jure Comitiorum excluderentur, cum de cetero fruitio Bonorum Ecclesiasticorum interea illis relista erat. Sed hæc controversia nunc est in perpetuum composita. Itaque quo magis

ego Catholicorum circa hanc rem contradictionem & repugnantiam considero, eo diligentiores atque vigilantes in isto suo jure conservando Protestantes esse oportet, cuius pervincendi causa tanta constantia opus fuit. Hinc est, quod ego non intelligam, qua ratione Ecclesia Lubecensis suam negligentiam excusat, quæ cum ad hec Comitia initio ad praescriptum Pacis Westphalicae vocata esset, misloque Legato stationem suam aliquamdiu conservasset, mox illo domum revocato non modo suffragium suum atque sessionem ultra triginta & amplius annos huensque deferuit: Verum etiam, quod adhuc est gravius, permisit, ut omnino ex Schedula illa expungeretur, qua uti sollemus ad vocandos status, cum sententiam quisque suam ordine dicere jubetur: reliquis omnibus, nisi fallor, et si absentes sint, illo tamen Catalogo comprehensis, & publica voce recitatis, quoties de re quadam deliberanda in suffragiamittuntur Ordines. Atqui est sane hæc incuria & oscitatio hoc majori præjudicio conjuncta, quod Catholicæ longe ægrius ferant Protestantium Ecclesiasticorum suffragia, quam aliorum. Auget periculum deserta omnino hoc tempore in scandalo illo transverso statio, nisi Episcopus

pitula f) & quibus administratio cum iis conjunctim competit g) ad universales æque, ac particulares h) depuratio-

Ii 3 Kk 3

num,

scopus Lubecensis illam retinuerit. Nam Archiepiscopatu Magdeburgen- si extinto, & in Ducatum transmutato, cuius nunc legitimus Possestor in Scamno Principum Secularium suffragium fert: Episcopatu vero Osnabrugensi post mortem nuperi Episcopi in Catholicum translato, Lubecensis solus superest, qui in Senatu Principum ex Episcopis Protestantibus capere locum, & sententiam dicere potest: rem tanto minus profecto spernendam, quod ejusmodi jura longo tempore non exercita amitti plerunque soleant: quod multis olim accidit, qui easdem ob causas, quod Comitia non frequentarint, aut digniore loco, aut omnino jure suffragii excidere. Quodsi Episcopus Lubecensis, quamvis absens, pro more saltem inter coeteros voce publica excitaretur atque dicere juberetur, consultum ejus dignitati & loco qualitercumque tandem esset, testimonio actorum diurnorum, ipsiusque Senatus judicio, in quo talia singulis vicibus peraguntur. Quod vero non modo locum suum tanto tempore deseruit; sed & passus est nomen etiam suum velut ex Albo Statuum deleri, quo descripti sunt, qui ad sententiam dicendam à Papenheimo, Publico Magistratu, in Senatu vocantur, id vero ne aliquando ipsi frau-

di sit futurum, ni hunc errorem brevi corrigat, & his saltem in Comitiis priorem stationem repeatat, aut Legato misso, aut potestate suffragandi suo nomine alii facta, ego valde vereor.

f) *sede vacante Capitula*) Moris enim est, Capitula etiam ad Comitia vocari, cum Sedes Episcopo vacat. Atque hoc ipsum jus illa sedulo exercent, quoties contingit, ut Episcopus moriatur. Neque enim expectant electionem alterius, sed statim à morte illius nova mandata dant ad Legatos, qui res defuncti in Comitiis gerunt, ut interea suo etiam nomine agant, donec de alio Episcopo Ecclesiae prospectum fuerit.

g) *& quibus administratio cum iis conjunctim competit*) id quod ex institutione & consuetudine cujusque loci metendum,

h) *ad universales æque ac particulares*) Nota particularium Conventuum hic tres designari species: scilicet Conventus Deputationum, Visitacionum, Revisionum. Sunt autem homines Conventus Imperii, quibus Commissarii Cælaris etiam intersunt. Itaque particulares dicuntur, respectu Comitorum universalium: alias quando Conventibus Circulorum, aut quorundam Statuum opponuntur, quos non Imperator, sed Directores cujusque

num, i) visitationum, k) revisionum, aliosque conventus Imperiales, l) literis solitis evocentur, m) & suffragii jure fruau-

que Circuli convocare solent, eo intuitu universitatum nomine haberi quoque possunt, quoniam Imperium representant, atque ex mandato ejus vel delegatione negotia tractant.

i) *Deputationum*) Talis nuper Regressu Imperii decretus, atque Francofurti ad Moenum anno 1655. est habitus, data potestate in primis cognoscendi de causis restituendorum ex formula Westphalica Pacis secundum amnestiam aut gravamina Religionis: quanquam etiam de securitate publica & legibus sumptuariis agi poterat. Qua de re vide sis Instrukcionem à Cæsare & Imperio dataam in dicto Regressu §. den zweyten punct 191.

k) *Visitationum*) Conventus Visitationum & Revisionum ad Camerae Imperialis inspectionem pertinent, de quibus in Constitutionibus Imperii multa egregie sancta, pauca autem laetitius servata sunt.

l) aliosque Conventus Imperiales) Sed quinam illi præter hos? Conventus enim Imperiales, id est, qui nomine totius Imperii celebrantur, hic intelligi, ipsa verba nos docent. Primo reperiunt vestigia habiti Conventus Imperialis per omnes Circulos, qui Erfordia actus est medio seculo decimo sexto, ut statnatur de im-

penis refundendis, qua in Gothanam expeditionem contra Ducem Joannem Fridericum sunt factæ, cuius de cœta adhuc in Corpore Constitutionum Imperii extant. Deinde Conventus Deputationum alii sunt Ordinarii, alii extraordinarii. Ordinarii exemplum habemus in eo, qui Francofurtum anno 1655. est indictus. Extraordinarii exempla his proximis viginti annis duo illustria occurunt. Unum est illa Deputatio ab Imperio decreta anno 1682, post Neomagensem Pacem, ut cum Gallo, qui nomine reunionum multas Provincias occupaverat, & Urbem Argentinam vi adhibita in suam potestatem redegerat, recens pax firmaretur, qua factis illis hostilibus Gallorum turbata valde fuerat. Alterum sicut Deputatio illa, anno 1697. facta, & Hagam Comitum missa, promovendæ iterum pacis causa, ex quo Gallus superiorem illam Neomagensem, illato alio bello, & decennium integrum magna Germaniae devastatione gesto, perfide ruperat. Hæc supra morem numerosa fuit, atque triginta duobus Statibus Deputatis composta erat, majori fama, quam successu & utilitate, cum non modo Legati Cæsarei auctoritatem ejus multis in rebus, quæ communis nomine agi debuissent, lacerarent,

fruantur, prout quisque n^o) Statuum ante Religionis dissidia eorum Jurium particeps fuit. Quæ vero & quot personæ ad

rent, & Exterorum contemptui expulerent: verum etiam ipsi Deputati inter se infesta emulatione circa ceremonias & ritus mutuo sibi impedimento essent, quo minus unitis animis consiliisque gerere strenue rem publican^m, & locum atque dignitatem suam tueri possent. Pariter cum omnes Circuli emendandæ monetæ, vel alterius negoti^m causa Conventus indiciant, illos eodem numero astimando esse nihil dubito. Hoc tempore, dum ista scribimus, fervet negotium foederis inter omnes Circulos Imperii icendi, quam rem *Associationem* appellant. Nondum quidem accessere omnes: interea id serio agitur, ut jam quinque illis inter se foederatis ceteri etiam primo quoque tempore conjungantur. Quod si ea res exitum habuerit, & deinde Circuli Imperii converint de communī causa consultari, conventum illum pro Conventu Imperiali suo fentū etiam habendum esse, mihi quidem nullum est dubium. Quamvis enim eam in rem nullum ab Imperio ex Comitiis mandatum habent, repræsentare tamen Imperium dici haec tenus recte possunt, quod Conventus omnibus illis partibus confert, quibus Imperium componitur: quamquam non negem, durantibus Comi-

tiis universalibus aliquid extraordinarii hic intervenire, cum alios Imperii Conventus, inter tempus Comitiorum, ordinatio jure agere non licet, nisi ab his nominis & causam habent.

m) literis solitis evocentur) Jus convocandi Status Imperatori est proprium, quod tamen ex praesitu & Conilio Electorum exercet,

n) Et suffragii iure fruantur, prout quisque) Hoc præcipue ad locum & Ordinem pertinere videtur, quo suffragium est ferendum. Quamvis enim isti Status Ecclesiastici scanno quodam transverso in Curia Principum sedeant, sententiam tamen eo ordine dicunt, quo ante Religionis mutationem dicere soliti erant: quemadmodum etiam ad dicendum existantur inter Ecclesiasticos Principes, non Seculares. Quippe res ex patro more sic habet, ut alternis vicibus regentur sententia, nunc Ecclesiasticorum, nunc Secularium Principum, saltu ab illis ad hos semper factio, donec superfluit, qui alternatim ferre suffragia possunt. Nam ex quo Ecclesiastici, qui numero pauciores sunt, vocari debere, tum vero rogantur reliqui Seculares Principes continua serie, donec res iterum redeat ad Praelatos & Comi-

ad ejusmodi conventus mitti debeant, o) de eo Præfulibus cum Capitulis & conventionalibus statuere liberum esto.

§. 22. De titulis Principum Ecclesiasticorum a) ex Aug. Conf. ita convenit, ut, absque tamen præjudicio statutus &

**Tituli
Principum
Eccles ex
Augst.
Conf.**

Comites, ex quibus illi rursus Principi-
bus Ecclesiasticis conjunguntur: hi se-
cularibus, repetita eadem alternatione.

o) Que vero & quot persone ad
ejusmodi Conventus mitti debeant? De
hoc ideo cautum, quia teste Pufen-
dorffio Cæfariani contendebant, ut
pro conservatione Status Ecclesiastici
semper cum Præsule ipso certi aliqui
Canonici Comitiis adessent. Sed quia
id Protestantibus merito grave visum,
non modo ob disparitatem cum Ca-
tholicis, quibus Legatos mittere ex a-
nimis sentient liceat: verum etiam
quod neque Episcopo commodum
semper esset, domo proficisci; neque
Capitulo, numerosam Legationem diu-
alere: ideoque Præfulibus libertas
statuendi cum Capitulis, quos & quot
numero obeundæ legationi nomina-
re velint, tandem relata est. Atque
probavit sane eventus consilium.
Nam si his Comitiis, quæ nunc supra
quadraginta annos durant, Catholi-
corum voluntati obsequendum fuis-
set, sane Ecclesia ista coactæ fuissent,
aut omnino Stationes suas in admi-
nistranda reipublica deserere, aut sum-
ptibus deficeré, quos hac Legatio de-
siderasset. Quare haecenus uno Le-

gato ex Ministris suis contentæ fuere,
aut suffragium suum mandavere alii,

§. 22.

**a) De Titulis Principum Ecclesiasti-
ciorum)** Quandoquidem Catholici
secundum Ecclesie suæ instituta cum
pro Episcopo non astinent, qui à Pon-
tifice Romano Confirmationem suæ
Electioñis aut Postulationis non im-
petravit: Ecclesiastici autem Principes
Aug. Conf. ex principiis suæ Religionis
hujus Præfulis auctoritatem adeo re-
jicunt & aspernentur, ut supplicare
illi de quacunque re vel gratia indi-
gnum sibi & religioni ducant: Pon-
tifax etiam velut in Rebellen & de-
fectoris à suo imperio gravibus ubique
decretis statuat: de Titulis horum
Principum, quibus bona Ecclesiastica
jam per superiora à Catholicis cessa-
erant, nova difficultas orta est. Nole-
bant enim Protestantes deteriori con-
ditione in hac causa esse. Catholici
se Religione & conscientia excusabant.
Sed non diu tenuit hæc controversia,
& mox utrumque conventum est, ut
Electi vel Postulati in Episcopos appel-
larentur. Hac ratione Catholicci exil-
iabant, juribus Pontificis qualiter-
cumque esse prospectum. Evangelici

tus & dignitatis b) titulis Electorum aut Postulatorum in Archiepiscopum, Episcopum, Abbatem, Praepositum, insigniantur, Sessionem autem in Scamno inter Ecclesiasticos & seculares intermedio & transverso capiant, c) quibus à latere assideant d) in conventu omnium trium Imperii Collegiorum Director Cancellariae Moguntinensis, nomine Domini Archiepiscopi actorum Comitialium generali directione fungens, & post ipsum Directores Collegii Principum: Idemque observeretur in Senatu Principum collegialiter congregato, à solis istius Collegii actorum Directoribus.

LI Mm

§. 23. VII.

lici vero cum omnia obtinuissent, quibus Catholicici Ecclesiastici in suis Episcopatibus fruuntur super re inani, quam illi ad conscientiam referebant, noluerre contendere, praesertim cum ipsi etiam Catholicici Ecclesiastici post Electionem vocentur Electi in Episcopos, donec Confirmatio Pontificia acceperit, quam Evangelici nec velle nec sperare poterant.

b) Ut absque tamen prejudicio Status & dignitatis id est, ut Protestantibus hi Tituli, neque ratione Status sui, qui nihilominus pro Ecclesiastico est habendus; neque ratione dignitatis Archiepiscopalibus vel Episcopalis fraudi aut prajudicio sit. Ex quo sequitur, Protestantis Ecclesiasticos illos Catholicos Ecclesiasticos adhuc hodie precedere, quos olim istorum Episcopatum posse, dum Catholicici erant, anteire, neque illis ab his obici posse, quod non sint Episcopi, sed

Electi tantum in Episcopos. Nenias enim istae & nominum crepidia in statu & dignitate Ecclesiastica merito nihil mutant. Talia enim rei possesse insunt, neque ab unius hominis extranei ambitu atque avaritia dependent, quarum rerum causa olim orbem universum sere subjugavit.

c) Sessionem autem in Scamno inter Ecclesiasticos & Seculares intermedio & transverso capiant) De Scamno transverso res expedita est, ut inspectio oocularis probat. Sed id ipsum Scamnum inter Ecclesiasticos & Seculares intermedium esse, dubito, cum in circa illorum, Ecclesiasticorum inquam, totum sit positum, cuius aedes situs hic facta delineatio non admundum congruit. Sed haec ipsa oculis melius percipiuntur, quam descriptio ne.

d) quibus à latere assideant) Duplex igitur situs hujus Scamni transver-

B; u-

§. 23. VII. Quod Capitulares aut Canonici a) die prima Januarii b) Anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti uspiam c) vel Aug. Conf. vel Catholici fuerunt, d) totidem illic ex utraque religione e) erunt semper, f) nec deceden-
tibus

fi; unus in magno illo Conclavi, ubi relations & correlations inter Status celebrantur: & alter in Principum Se- natu, qui rogandis sententiis est desi- natus. Ibi ē regiōne Electorum, qui summo loco ad dextram Cāſaris se- dent, hoc Scamnum locatum est, cui respondent mensæ directoriales, quæ in altero latere sunt posite. Hic ve- ro Scamnum transversum Catholicis, primas sedes occupantibus, est oppo- situm, mensa directoriali paulo altius locata, ut à latere hujus Scamni Direc- tores Collegii Principum assidere non videantur. Sed hæc non sunt magni momenti.

§. 23.

a) *Quor Capitulares aut Canonici?*
Hic ſyus agit de mixtis Episcopatibus, & duo ſumma Capita habet. Unum de numero Canonicorum: & alterum de exercitio utriusque Religionis. Quod igitur ad numerum attinget, ille reſtituitur, & deinde in perpetuum conservatur, qualis anno 1624. fuit: ita tamen, ut qui post illum annum ſuper numerum conuentum irrepere, & adhuc vivunt, beneficia & præbendas ad vitam retinere poſſint, donec obitu eorum numerus ad Statum dicti anni

novis electionibus ſecundum hanc le- gem redactus fuerit.

b) *die prima Januarii?* Quia hæc dies, prima Januarii bis in hoc ſvo re- petitur, ideoque ſubintelligenda etiam neceſſario eſt illo loco intermedio, u- bi ſolum anni 1624. fit mentio, ne in- certam regulam habeamus, cum fieri potuerit, ut illo toto anno numerus Canonicorum ex utraque Religione non idem, ſed varius fuerit.

c) *uspiam?* ideoque nulli Episcopatuſ aut Fundationes excipiuntur.

d) *vel Augustane Confessioni addicti vel Catholici fuerint?* Nota hic Augustane Confessionis addictos præponi ordine Catholicis: quod eti rarius fiat, argumen- to tamen eſt, ordinem ſcribendi neque uni neque alteri parti præro- gitativam dare.

e) *totidem illic ex utraque Religio- ne?* Mota apud Deckherum *Confult. For.*, lib. I. c. 24. §. 5. eſt queſtio, quid juris, ſi certus Canonicorum numerus, in prima fundatione preſcriptus, anno 1624. ab utraque parte non compleatus fuerit, ſed mancus exſtiterit? num ille mancus relinquentis? vel ſi ſupple- dus, ex qua religione ſupplementum il- litud querendum fit? Nos exſtimamus, numero ſtrictè inhaerendum, qui ſæpe dictū

dicto, anno dieque fuit. Præcise enim hic statutur, quod Capitulares vel Canonici anno 1624. die prima Januarii USPAMI fuerunt, tot illæ ex utraque Religione semper manere debere; neque obstatit Religio fundationis, quia pacis causa multa etiam alia in ejusmodi rebus mutata sunt: & infra artic. 17. §. 3. expresse placuit, ne contra banc transactionem ullumve ejus Articulum vel clausulam ulla jura Canonica & Civilia, ulla Statuta sive Politica sive Ecclesiastica, vel ulla alia exceptiones, quocunque nomine aut pretextu excogitari poterunt, unquam allegentur, audianur aut admittantur. Unde mihi cum Deckherro non convenit, qui putat, dubitandum non esse, quin numerus in posterum supplex sit. Hoc ipso enim prolixa litium suppeditaretur occasio, cum aliam regulam ex pace non habemus, unde de supplemento rationis numeri ex utraque Religione decisio facienda sit. Ac profecto res periculi & alea plena foret, si Protestantæ semel quacunque ex causa ab observantia & statu anni dieque decretoria dimoveri se paternerent. Longe difficultius enim ratione & argumentis perficiantur, quæ certa sanctione ex lege aut formula Pacis carent; Catholicis in primis antiquitate possessionis & jurium superioribus, qui Protestantibus nulla re facile concedent, cuius condicendæ facultatem illi ex pace non habent. Ego non dubito, quia à Catholicis etiam

multa bona Ecclesiastica possideantur, ubi in nonnullis à primis Fundatorum institutis recessum sit. Evidem verum esse fateor, id auctoritate Pontificis factum, si modo ubique factum. Sed cujus rei Pontifex illic potestatem dare potuit, ejusdem mutanda jus & arbitrium longe amplius certiusque. Summi Pacientes habuere. Quodsi vero nihilominus in Ecclesia quadam Episcopo & Canonici libere placuerit, augere Canonorum numerum, eundemque ad Foundationum initia reducere, quanquam Protestantibus autor non esset, ut hic faciles se præberent, vix alia erit expedienda difficultatis via, quam ut ex utraque Religione æquale supplementum statuat. Quodsi vero illud ex impari numero sit conficiendum, ubi servari æqualitas nequit, Capitulum ipsum vero secundum statum anni 1624. numero æquali constet, aut supra numerum antiquum imparem adjiciendum adhuc unus ex eadem conventione erit, paritatis obtainendæ gratia: aut ad exemplum eorum, quæ supra hoc Art. §. 5. & 6. circa Augustana Civitatis statum ordinandam placuere, unius Canonici, qui imparitatem facit, electio ita alternativa instituenda, ut Evangelici atque Catholicæ singulis vicibus permittentur. Sin vero numerus Canonorum anno 1624. impar jam fuit, providendum erit, ne novis Electionibus Supernumerariorum alteretur illa proportio, qua una pars alteram vin-

L 1 z M m 2
eit,

tibus nisi ejusdem Religionis Confortes surrogentur. g) Si vero alicubi jam plures h) Catholici vel August. Conf. Capitulares aut Canonici beneficia possident, quam Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, i) ii quidem supernumeraria-

cit, neve per id una erga aliam minor majorque auctoritate & potentia efficiatur. Sed consultissimum est, stare eo numero, qui anno 1624. ejusque prima die Januarii inventus ibi fuit, qua ratione necesse non erit, supervacaneis questionibus & dubiis nodum in scirpo querere.

f) erunt semper ita scilicet, ut etiam si de Religionis dissidiis amicabiliter conveniri non possit, nihilominus haec conventione perpetua sit, & pax semper duratura, juxta ea, quae paulo ante §. 14. habentur.

g) nec decadentibus, nisi ejusdem Religionis Confortes surrogentur id est, si Canonicus Ecclesiae Romanae Sectator est mortuus, surrogandus illi est, qui ejusdem est Religionis: sin Augustanae Confessioni addictus, huic sufficiat.

h) Si vero alicubi jam plures) Nimirum evenire facile potuit, ut inter belli vices post initium anni 1624. numerus Canonorum ex utraque Religione, qualis illo tempore erat, mutaverit, prout una vel altera pars beligerantium potentia & occasione est usq. Nihil enim frequentius erat, ex quo Austriacis bellum cum Successor-

arbit, quam ut uterque hostis omnibus locis, ubi rerum potiebatur, non modo animum ad firmanda bello questra attenderet, verum etiam amulatio ne ferventissima certaret in promovenda Religione sua. Unde toties restituta, iterumque locis pulsa sacra legimus, prout fortuna belli huic vel illi facultatem ejus rei dabat. Quod si igitur ejusmodi quid accidisset, cum ex una parte scripta jam lex esset, ut numerus Canonorum secundum statutum anni dieque toties nominatae in suum ordinem redigeretur: ex altera vero durum fuisset & inhumannum, eos dignitate, ordine, beneficiis atque praebendis suis exturbari, quorum fruitionem eadem fide eodemque jure nasci plerumque erant, quo alter habuit, quem vis metusve, aut mors dejecerat, ideoque placuit, relinquiri eos in dignitate & fructibus, donec morte locuta fecerint iis, quos lex ad successionem vocat ex illa Religione, cui locus ille debetur.

i) quam anno 1624.) Hic ut supra jam monui, non sit mentio primae diei Januarii: Sed ea procul dubio subintelligenda est, non modo quod paulo ante & post hoc ipso in paragraphe,

merarii k) beneficia & præbendas ad vitam retine-
Ll 3 Mm 3 *Fibbi ir. ant,*

grapho, & hac eadem in causa illam lex pro regula numeri Canoniconorum ex utraque Religione constitutat: verum etiam cum nulla esse ratio expediendæ rei eo casu, quando hoc ipsis anno 1624. per vices Canonicus ex Auguſtana Confessione, & alius ex Ecclesia Romana se exceperint, id quod sane possibile factu erat, sive unus alterum statione dejecterit: sive morte sua occasionem dederit ad illius electionem: Duo enim unum ejusmodi beneficium possidere, eoque frui non possunt; multo minus vero pro una persona reputari, præsertim si diversæ sint Religionis. Canonici catus enim singuli pro individuis reputantur, qua mixtionem ex diversis aut contrariis non recipiunt. Alia est Ecclesiarum aut Episcopatum ratio, qui ex cœtu constant, cui mixtio non modo non repugnat, sed quem fere ubique perficit. Unde arbitror, facile diversitatis rationem percipi, cur infra §. 31. totus annus, & quævis ejus pars intuitu subditorum, eorumque Religionis exercitii dari potuerit. Hic vero dari omnino oportuerit primam Januarii diem ejusdem anni pro termino restitutionis & futura obseruantiae, quia ibi cum duo in templis aliqua anni 1624. parte exercitium Religionis habuerunt, ambobus id sta-

tis horis diebusque assignari poterit alterno usu. Sed eodem modo duο unum Canonicum possidere nequeunt, qui pro parte Catholicus & pro parte Evangelicus nunquam concipiatur.

k) *ii quidem supernumerarii*) Vocantur supernumerarii non eo sensu, quo ante §. 7. de Catholicis dictum, qui tempore hujus Pacificationis in Magistratu & officiis præter numerum, superfuere, sed inita ratione ad eam partem, quæ in praesentia majori numero est, quam ex statu anni vigesimi quarti esse deberet, & cujus causa ut altera pars in numero suorum diminutionem patiatur, opus est. Nam quo minus supernumerarios istos intelligere possit eo sensu, quo opponuntur definito numero Canoniconorum, qui universum Capitulum absolvit, obstat, quia tum non opus fuisset cavere de successione Catholicorum in locum Protestantium, & vice versa de horum successione in illorum locum, donec reintegratus utrumque fuerit conventus Canoniconum numerus. Sed tantummodo de toleratione supernumerariorum statuendum fuisset, dum ipsa morte sua vacuum domini faciant. Ex quo etiam sequitur, hos supernumerarios non modo dignitate, honore, comodiisque pristinis frui, sed & auctoritate,

ant; l) mortuis vero, m) tamdiu Catholicis Augustanæ Confessioni addicti, & his Catholici succedant, donec redintegratus fuerit n) utriusque Religionis Capitularium & Canonicorum numerus, qui die prima Januarii Anno millesimo sexcen-

titate, yoto, omnique alio Capitularium & Canonicorum jure, pro eo scilicet munere, quod quisque obire solet: quanquam providendum merito sit, ne ex hoc numero suffragiorum alii præjudicium aut molestia creetur. Tanto minus enim convenit his abuti ad negotium adversa parti facillendum, quod tota res de majori numero temporaria sit, in illorum gratiam & honorem concessa, quos alias oportuisset statim loco decadere, si Pacientes anno & termiso secretorio strictè inharrere voluissent.

l) ad vitam retineant) id est, ad vitæ tempus, seu quamdiu vivunt: alias ad vitam retinere videtur hoc sibi velle, quasi deberent retinere ad vitam sustentandam.

m) mortuis vero) De abdicatione seu renunciatione idem sentio, si libera fuerit, non coacta, aut dolø elicita. Quid vero dicendum de resignatione, ut appellatur, quæ etiam renunciatio conditionalis dicitur, cum quis ea conditione se munere Ecclesiastico seu Canonicatu abdicat, ut alius ab ipso nominatus beneficium illud consequatur. Hic ne fraus legi fiat, si abdicare se talis Catholicus vult, opus esse arbi-

tror, ut in Protestantis alicujus gratiam fiat renunciatio: idem vice versa de Evangelici abdicatione sentio. Forsan Capituli etiam consensus erit necessarius, quia sibi arbitrium de successore penitus tolli nequit, quod liberum habuisse, vacante ex morte Canonicatu. Id præterea inter Evangelicum & Catholicum resignatum adhuc interesse videtur, quod ille suo arbitratu abire possit, si Consensum Episcopi & Capituli adhibuerit. Hic vero auctoritate etiam & venia Pontificis opus habere videatur, qui sibi de ejusmodi actibus cognoscendi statuendae facultatem reservasse præterea dicitur, quia rem simoniacæ proximam esse perhibent, cujus labem tollere neminem, præter unum Pontificem, posse volunt: credulitate non invidenda illis, qui spontaneam servitatem & vincula cuiusdam Religionis nomine (alii eoccam superstitionem appellarent zelum hunc intempestivum) sibi circundari in parte gloriae habent & pieatis.

n) donec redintegratus fuerit) Redintegratio numen Canonicorum & Capitularium utriusque Religionis præsupponit quidem integrum numerum totius

sexcentesimo vigesimo quarto erat. o) Exercitium vero Reli-

totius Capituli: Sed non integrum Capitularium ex utraque Religione, prout anno 1624. fuerat. Unde liquet, modum redintegrandi, qui hic præscribitur, plane diversum esse ab eo, qui supra §. 7. est descriptus. Ibi enim Augustæ Vindelicorum statim assumentur ex utraque Religione in Senatum illi, qui confituere illum debant. Sed quia hoc ipso factum, ut quidam Catholici, ante pacem Senatorii Ordinis compotes facti, abundantur, illis relinquitur quidem honos & utilitas: Sed ut domi se contineant, Senatusque abstineant, præcipitur: aut ut voto saltem careant, si in Senatum utique venire aliquando velint, donec morte ipsorum status numerus redierit. Hie vero ejusmodi supernumerarii, ex quaenque sunt religione, non modo in dignitate, ordine & commodis, sed omnibus iuribus Canonico-rum relinquntur: at illis mortuis eliguntur alii diversa Religionis ad complementum numeri, qui hactenus defecerat.

o) qui die prima Januarii, anno 1624. erat) Insigni itaque nequitia hunc locum interpretatione sua corrupit Buckisch, qui de Episcopatu A- gentoratensi ex eo sibi finxit exceptionem, quod ibi certus Protestantium Capitularium numerus pacto

quodam, ad certum saltem tempus, fuerit conventus, quo elapsio, quod post annum 1624. demum factum, oportuerit ornare Capituli istius vim in manus Catholicorum quasi postlimino redire. Referam ipsa ejus verba, ne injuriam ipsi videar fecisse: *Caterum de Argentoratensi Capitulo hic disceptabatur, quod Acatholici di- serie inter Capitula mixta referri cu- piebant, Catholici autem negabant, & meritos. Etsi enim vi paceti, anno hujus Seculi quarto initi, otto Canonici Aca- tholici in quindecim annos admissi fue- rint, quibus tempus post in septennium prorogatum, sic ut illi anno 1624. adhuc tolerati sint, attamen quia bac septen- nio elapsio, Canonici possesse iterum dimitrendi fuerant, & mox totum Ca- pitulum e meritis Catholicis compositum fuerit, opino jure sese Catholici oppo- nebam. Nihil poterat homo nauei commentari, quod non modo Paci- secentium menti magis adversum esset, sed & quod cum iphis verbis Tabula- rum Pacis magis pugnaret. Si ista effugia adhuc patent, quibus Pacificen- tes tanta circumspectione & cura omnes vias obsepsere, actum est de toto hoc Article, gravaminum composicio- ni consecrato, neque deinde ullus ca- sus restitutioonis erit, quem non co- dem ludibrio interpretationis eludere*

lice-

licebit. Non invenio, quo nomine
potissimum hujus rei indignitatem ap-
pellem. Vix enim vafritem vel im-
posturam dicere ausim, quod manife-
sta absurditate se prodit, neque ullum
ingenium, aut speciem artis, ne vetera-
torum quidem, habet. Impudentius ex-
emplum est in homine, qui postquam
ad sacra Romanae animi vanitate atque
levitate transit, studio adulatio[n]is nec
fidem amplius nec conscientiam pensa
habuit. Ut plena omnia fiant, oculi
isque etiam exposita, audiamus primo
legem: deinde videamus de casu, cui
lex applicanda est. Cem supra §. 2.
generalis regula tradita fuisset, facien-
dam restitutionem omnium statuum, &
coeterorum immediatorum utriusque
Religionis simpliciter in eum statum,
quo Calendis Januarii anni 1624, fue-
re: Deinde §. 14. editum specialius
fuisset, si quis status, seu Catholicus, seu
Augustana Confessioni addictus bene-
ficiis suis aut Præbendis immediatio-
nem prima die Januarii 1624, judicialiter
aut extrajudicialiter exciderit, aut
quocunque modo turbatus fuerit, ut
vigore hujus transactionis illius resti-
tuatur, abolitis omnibus novationibus.
Tandem hoc nostro §. 23. specialissime
pro decisione presentis casus cautum
fuit, ut quot Capitulares aut Canonici
ei die primi Januarii 1624, uspiam (er-
go etiam Argentorati) vel Augustana
Confessionis vel Catholici fuerunt,
ut totidem illic ex utraque Religione
sunt semper (ergo etiam post paclum

illud temporarium) nec decedentibus
nisi ejusdem Religionis surrogentur.
Sequenti §. 25. habetur porro, unicum
solumque hujus transactionis, restitu-
tionis observantiaeque future fundamen-
tum esse debere die prima Januarii
 anni 1624. habitam possessionem, irritis
prosuis omnibus exceptionibus, ex qui-
buscunque pretextibus & rationibus de-
sumi possent, & restitutio omnibus in-
 priorem statum absque mora & indi-
stincte, quibus aliquid quovis modo aut
pretextu à dicto tempore interversum
aut ademprun[e]t. Denique quem-
statum perlone & rei, quamvis pos-
sessionem Pacientes intellexerint, il-
lius anni dieique designatione, patet
ex Recessu Executionis Norbergensi,
ubi statuit, daß fürnehmlich nach
dem bloßen facto possessionis, usus,
observantiae & exercitii, ohne einige
andere Exception die Casus liquidii
zur Richtigkeit zu befördern. Hec
de regula sive lege. Jam inspicia-
mus casum. Initio Superioris Seculi
decimi septimi in Capitulo Episcopatu[m]
Argentoratensis octo Canonici A.
C. addicti fuere reperti. Hos cum illo
tempore Romano-Catholic[i] agre-
ferrent, atque propterea res ad vim ip-
clare videretur, sit inter utramque par-
tem pactio, ut Evangelici à Catholicis
etiam in quindecim annos sint admitti
tolerantiae. Deinde hoc exente ter-
mino in alterum septennium facta
prorogatio, ejusdem demum finis in an-
num 1626. incidit. Atque hac ratio-
ne Ca-

ne Canonici Evangelici ex pacto, cum Catholicis inito, anno 1624, in possessione locorum suorum reperti sunt. Posthac invalescentibus in Germania motibus, & convento termino interea exspirante, pelluntur Evangelici prævalida Catholicorum potentia, animum audaciisque procul dubio faciente Edicto Ferdinandeo, quod circa tempora illa cudebat, aut jam exiverat. Ex eo secutum bellum est, quo incerta omnia, & pro cuiusque partis varia fortuna nunc Catholici nunc Evangelici superiores. Qui enim hodie restitutus fuerat à victore suarum partium, mox versis, rebus pellebatur iterum ab hoste, vires & potentiam adepto. Sic turbata omnia & instabilita erant: vis sola jus dicebat. Cum ad pacis actionem est ventum, prima cura fuit de restituendis ex amnestia, altera de compositione gravaminum Religionis. Hæc maximas difficultates habuit, & impeditum valde negotium pertinacia Catholicorum, quibus magnopere cordi erat, ut editio Ferdinandeo sua constaret auctoritas: ubi hoc impetrari non potuit, Evangelicorum adversa constantia, manibus pedibusque depulsa necessitas restituendi omnia in eum statum, quo in Ecclesiasticis ante motus Bohemicos fuere, de quo Evangelici ferventissime initio certaverant: Itaque hac super re transigendum fuit, dato ex utraque parte aliquo & remisso. Evangelici loco anni

1612. à quo motus Bohemicus originem traxere, annum proposuire vigesimum primum. Catholici, qui prima vice de anno trigesimo, cui belli cum Suecis suscepti initium debebatur conceperant, descendere retro ad annum vigesimum septimum, ne nihil dedisse viderentur. Sed illo tempore res Evangelicorum pestimo jam loco erant, Austria domo armis suis virtribus per omnem fere Germaniam pro arbitrio res administrante. Tandem utrique in medio convenere, de anno 1624, sed ut omnis occasio futuri litibus præcideretur, atque cuiusque restitutio planum haberet & cauillis omnibus liberum fundamentum, cuiusque partis jura in sola possessione sunt posita, quæ cum facti sit, tot iuris atque litigis obnoxia esse non potest, quam disceptatio de dominiis aut juribus. Enimvero quia possessiones etiam dividuntur in naturales & civiles, in mentales & corporales, in justas & injustas, in possessiones bona fidei & male fidei, in possessiones facti & juris, ne rixosi, quibus restituendum quid esset, ab his distinctionibus ansam captarent eludendæ pacis, pro regula restitutioñis & observantie futuræ assumere placuit, nudum factum possessionis, eumque statum, quo quisque anno dieque illa decretoria re controversa usus est. Hinc possessio illa, quæ fundatum est restitutioñis observantiaeque futu-

Nn Oo

futura, octo fere propugnaculis munitur adversus Sophistarum id genus arietes. Primum enim habita possessio *unicum solumque* est fundamen-tum. Deinde possessio judicatur ex nudo facto possessionis seu statu: non qualitate aliqua seu forma, quæ in possessionibus alias attingit. Tertio rescinduntur omnes sententiae, decreta, transactiones, pacta & execu-tiones. Quarto rejiciuntur omnes exceptions, à quibuscumque praetex-tibus & rationibus desumti possent. Quinto fit reducio ad statum dicti anni dieique in omnibus nude atque simpliciter. Sexto edicitur, ne post-hac quisquam in habita vel recuperata possessione turbetur. Septimo tur-batorum aut quocumque modo defi-tutorum restitutio plenaria imperatur & sine ulla exceptione. Octavo da-tur liberatio ab omni persecutio-ne, juris & facti, ut sic possidentes au-restituti perpetuo tuti sint, etiam si de Religionis dissidiis amicabiliter conve-niri non posset. Quibus additum alia, quæ circa executionem pacis ejusque firmitudinem habentur infra art. 16. & 17. ubi & Recessu Executionis Nor-ribergensi hvo So d'ann Chur Fü-ssten und Stände &c. Est jam mihi post pacem publicatam accedere. Pacifcentes octo illos, dejectos Cano-nicos Argentoratenses, allegare pos-sessionem Canoniciatum, anno 1624, prima die Januarii habitam, tamque probare adversariorum etiam confes-

sione, atque adeo ex pacis formula petere restitutionem: quid obsecro erit, cur non ius & æquum petere cuiusquam possint videri? Si vi, armis, aut metu intentato possedissent, auxilium ipsius nihilominus in lege foret: imo si nullum alium possessionis sue ti-tulum allegare possent, quam unicunq; illum, quod possident, audiendi tam-erent essent. Nunc electi quondam Canonicci ex pætro, cum ipsis Catho-licis inito habent, ut anno 1624. pos-sidere potuerint: Quid tibi igitur vide-tur de novo nostro musteoque Inter-prete? Sed inquit post viginti duos an-nos ex hoc ipso pacto decedere locis sui-is debuisse, itaque postea dejectione eo-rum nullam ipsis factam injuriam: Ca-tholicos jure loca recuperare potuisse. Respondeo: quo jure, quave injuria dejecti fuerint, in considerationem non venit. Sed haec ipsa dejectione à possesso-ne, anno 1624. Calendis Januarii habita, hac ex lege & pace habet, ut restituenda sint. Sicuti enim si ad pacem usque man-sissent, cum ipsis ex superiori pætro, ut decederent loco, agi non potuisset: Ita-nes dejectis illud obstat, quoniam res-ituendisint. Evidem verum est, pæ-teris constare vitam suam, & servari fidem deberti. Sed id hactenus intelligitur, dum lex publica ipsis pacis non de-trahit obligationem, neque aliter de-cernit. Jam vero si sententiae & ex-ecutiones, inferea contra statum il-lum anni 1624. facta non impediunt re-stituendisint.

restitutionem, quid pacta & transactio-
nes praestabant, quibus eadem lege
derogatum, expresso iussu, ut reductio
in omnibus ad statum dicti anni diei
que fuit. Habuissent illi Canonicæ &
formula legis petendæ restitutionis
jus, etiam post terminum clausum
sua voluntate coeque animo se abdi-
carent, ut pacto satisfacerent. Nunc
autem ex eo, quod expulsi dejectique
Catholicorum potentia fuerint, percipi
satis potest, quale illud pactum fue-
rit. Scilicet saepe usu venit, ut tur-
bato rerum statu inter homines, uno
cœtu vel Collegio sociatos, à parte
validiore infirmioribus leges impo-
nuntur, quas accepturi nunquam fui-
sent, si suo arbitrio fuisserent relicti.
Neque dubitandum est, nostro etiam
easu Canonicos illos Evangelicos, ne-
cessitate praesente coactos consensisse
in duriora, ut sine molesta saltem &
vexatione vivere constituto tempore
possint; sustentati meliorum spe, cum
nemo sciat, quid seruus vesper vehat.
Hac mente, non ex animi sententia
initam conventionem indicat non
modo prorogatio termini ulterior,
sed & dejectio ipsa, qua Catholicis o-
pus fuit, post clausum tempus. At
contra id genus violentias pacem
Westphalicam dejectis subvenire, o-
mai dubio caret, eum, si aliter dicam
mus, nullum omnino in ea auxilium
gravatis foret. Vereor, ne hac in
Controversia diutius moratus fuerim,

quam res postulat. Uno verbo, re-
scissa sunt tot locis Westphalicae pacis
pacta omnia & transactiones, quæ pre-
judicium facere statui anni 1624. po-
terant; itemque imperata tot locis re-
ductio & restitutio in omnibus ad sta-
tum illius anni, ut Calumniatoris ma-
nifesti personam non posse non age-
re, qui ex pactis quibusunque pacis
sanctione corripere auit. For-
san erunt, quibus hæc cogitatio in
mentem venerit, non yixisse amplius
eo tempore, quo restitutio decreta
fuit, illos Canonicos, adeoque refu-
sti non potuisse. Sed hinc etiam ef-
fugio noster §. 23. occurrit, ubi cau-
tum, ut, quot Capitulares aut Cano-
nicæ die 1. Januarii anni 1624. uspiam
vel Aug. Confessionis, vel Catholicorum
fuerint, totidem illic ex utraque Reli-
gione esse *semper* debent, nec dece-
dentes alii, quam ejusdem Religionis
confortes surrogari possint. Ex
quibus verbis perspicuum est, non ad
individua, quæ anno 1624. in posses-
sione fuere: Sed ad statum habitum
que rei ipsius Legislatores hic respe-
xisse. Atque hæc in thesi juxta du-
ctum formulamque Pacis Westphalicae
se recte habere, nullus dubito,
Quodsi in Executione Pacis nulla ra-
tio habita Canonicorum fuit, quot
eorum ex Augustana Confessione an-
no 1624. in possessione Canonicatu-
m sive controversia erant, intrepide
dixerim, paci ex eo via haud dubiam

Religionis in mixtis Episcopatibus p.) ita restituatur

factum esse. Quam etiam ob rem Principes Brunsvicenses Guelpherbutani non modo post occupatam à Gallis Alsatiam adhuc conq[ue]sti sunt, debitum suis in Episcopatu Argentoratensi inter Canonicos locum hac mutatione rerum, & Brisacensis Camera decreto interversum: Verum etiam postea inter Tractatus Ryswicensis Pacis solenni protestatione, Mediatoribus Pacis 4. Novemb[ris] 1697. exhibita sibi caverunt curarunt, cuius protestationis hæc fuit summa: *Cum notum sit omnibus, quam liquidum sit jus, quod Ducibus Brunsvieco-Luneburgicis Linea Quelferbutane in duas Prebendas, seu Canonicatus in Episcopatu Argentoratensi competit, per Instrumentum Pacis Westphalice ipsiis collatos, sed deinde per sententiam quandam à Consilio Brisacensi ablatos, ideoque Duxes horum restitutionem in Pace Ryswicensi petiisse. Quin? quod Galli etiam ipsi jus illud in dubium vocare non ausi; Potius, dum supremum jus in Provinciam illam prætendent, religione se excusarunt, qua teneantur, ne Protestantibus locum inter Ecclesiasticos Catholicos dent, cum in Gallia instar prodigi foret, ut joco dixisse feruntur, Canonicus ex Augu-stana Confessione, idemque s[ecundu]m ma-tritatis, Quæ ratio est innatam Gen-*

tis superbiam, animique impotentiam in secundis rebus optima fide referat, Gallos tamen longe promptius juvit, quan[do] si ex pacis abolitis & rescissis more Autoris nostri subtiliter disceptasent.

p) *Exercitium vero Religionis in mixtis Episcopatibus*) Hic & supra §. 18. prima mentio fit Episcopatum mixtorum. Et disceptatum memini, quæ res propriæ efficiat, ut cognosci & ita vocari possint. Mihi certum est, non posse appellari mixtos Episcopatus, ubi subditi diverse sunt Religionis, quamvis una quaque pars publicum suæ Religionis exercitium habeat. Est enim Episcopatus munus Ecclesiasticum, cuius partem subditi non faciunt. Objectum ejus esse possunt, sed hoc tantum respectu, quatenus auditores sunt, qui doceri debent: non quatenus subditi, quibus imperandum. Episcopatus autem partes integrantes sunt: Primo ipse Episcopus, qui capitatis est vice; deinde Capitulares & Canonici; denique ali pro varietate munierum, quibus obeundis sunt destinati. Totum Corpus uno nomine Clerus vocatur. Episcopus cum duarum Religionum externa professione esse nequeat, mixtum Episcopatum efficere non potest. Neque etiam exemplum habemus, ut solus Episcopus

pus

pus sit alius Religionis, itemque alius ceteri omnes. Quare ab hoc etiam exemplo, quod non datur ratio nominis, defumus nequit. Relinquitur ergo, ut mixtura in Canoniceis & reliquo Clero quæramus, quatenus ex diversis Religionibus constat, ubi tamen in primis respicendum ad illos erit, qui post Episcopum maximam autoritatem obtinent, & quorum iuram ob causam paulo ante §. 16. mixta iura appellata sunt, quæ in Episcopatibus & Ecclesiis admittuntur. Catholici sane in Conventu Deputationis Francofurti anno 1655, Canonicorum & Capitularium mixtura rem omnem absolunt. *Was* mixti Episcopatus seyn/ *ira ajunt in causa Hildesienſi apud Lundorpium,* das ist/ in Instrum. Pacis artic. V. §. 4. (alias 16.) illius verbi: *sicut etiam pariter in Episcopatibus & Ecclesiis, in quibus Catholicis & A.C. ordinibus mixta iura admittuntur &c.* genung seyn erläutert/ daß es nehmlich allein in dem besthebe/ wo die Capitulares & Canonicci zweyerley Religionibus ius gethan seynd ic. und ist hierley sonderlich auch dieses in obacht zu nehmen/ daß wenn dieses pro Episcopatibus mixtis solte gehalten werden/ in welchem etwan in einer darunter gebörigen Stadt/ Schloß/ Dorff/ oder Weiler sich zweyerley Religion befinden/ daß solcher gestalt alle Erzb. und Bisthumb im Reich Deutscher

Nation pro mixtis gehalten werden müssen/ so jedoch niemahln in questione gewesen/ es auch die Catholische Erz- und Bischöffe nimmermehr nachgeben könnten/ dörfsten noch sollen. *Lund. Tom. VII. lib. 2. n. 32.* pag. 1075. quam definiendi rationem ego longe prætulerim sententiae Evangelicorum, qui referre existimabant, num superioritas & jus territoriale Ecclesiastico Principi solum competat, vel Capitulares in partem usus & exerciti regiminis veniant, id quod ex pacis eujsque Capituli, cum Episcopo initio metiri volvere. Si de mixtura Formæ administrationis in Politicis sermo hic esset, considerationem forsan aliquam mereret hæc distinctione. Ubi vero Religionis causa agitur, cuius intuitu Ecclesia mixta vel non mixta dicenda est, ejus litis decisio aliunde quam à superioritate petenda erit. Neque sane scio, an ipsi Evangelici hac sua sententia sibi non offecerint, ex qua illud videtur sequi, si Episcopus summam habet potestatem, nulla Capituli participatione, Episcopatum illum seu Ecclesiam mixtam non fore, etsi Capitulum ipsum membris diversarum Religionum compositum sit. De coetero vero non est opus, ut Capitulares ex æquo sint mixti, quia ex partibus etiam inæqualibus fit commixtio. Sed quid si unus saltem aut ad summum duo? si Canonicci sint,
Nn 3 003 nihil

tur q) & permaneat, r) ubi s) & quatenus t) id Anno millesimo

nihil equidem dubito: Nam ex potioribus membris vel unum diversum efficit corpus, in sacris præcipue, ubi quicquid admisueris, quod una pars pro alieno & abdicato habet, apud se tamen tolerare æquo jure cogitur, pro admixto erit habendum. Reliqui inferiorum Ordinum, qui administrorum sunt instar, non adeo considerari merentur, ut ab illis etiam appellationis ratio petenda sit. Exempli causa sit Tribunal illud summum, quod nunc Wezlarie jus dicit. Eius Judex est Catholicus, sed quia Praesides & Assessores ex duabus Religionibus praesentantur, quanquam inæquali sint numero, Judicium ipsum pro mixto habetur. Nec impedit, quod tota Cancelaria ex Catholicis sit composita: nihilominus enim mixtum omnes agnoscunt & fatentur, cum sint saltem Homines, ad Ministerium Judicij deleati, quibus nulla in jure dicundo potestas vel auctoritas. De Judicio Aulico idem sentiendum esse arbitror, quod tamen numero partium inæquium ab æqualitate aliquanto plus abit.

q) ita restituatur) Exercitum itaque Religionis in mixtis Episcopatibus, id quod altera pars est hujus Svi, sic restituitur, & permanet, ut illud anno 1624, receptum permisumque fuit. Quod non modo de ipso Episcopo & Canonicis ac cœtero Clero, sed & ipsi

subditis ejus loci intelligendum esse censeo: quamvis unius causam ab alio paulo diversam esse negare nolim. Episcopus enim & Canonici exercitum suæ Religionis habent, ubi & quatenus illud prima die Januarii anni 1624, habuisse comperti sunt. Subditi vero, quatenus se illud quamyis anni istius parte habuisse docere possunt. Vix enim est, ut Deckheri sententiæ subscribam, qui putat, in casibus exercituum Religionis concernentibus indistincte respectum Facalium Calendaram explodi. Ut enim taceam, omnia, quae hoc anno & superioribus quibusdam de Episcoporum Capitulariumque juribus sunt statuta, ad statum Calendarum Januarii exigi, & sic suum cuique velut dimennum attribui. Sane paulo infra hujus distinctionis utilitatem §. 29. cum de liberis Civitatibus lex dilponit, aperte refutat. Ibi enim disertis verbis Exercitum Catholicæ Religionis, si quod in dictis Civitatibus, & aliquibus Capitulis, Ecclesiis Collegiatis, Monasteriis & Cenobii ibidem sitis proprium est, ex eo statu æstimatur, qui fuit die prima Januarii anno 1624. Quemadmodum & ipsæ Civitates mixta ibidem in eundem statum tam in sacris quam profanis restituuntur: id quod jam supra §. 3. in specie de Augusta Vindelicorum, Duncelsipuhla, Biberaco & Ravensburgo conflu-

constitutum fuerat, ut non modo bona & jura sua, sed & exercitium Religionis retineant, juxta statum dicti anni dieique. Unde plenissimum est, & universum verissimum, usum totius anni illius decretorii, & cuiusvis ejus partis, ex mente Pacientium nemini datum, nisi subditis tantum, idque saltem respectu Dominorum suorum territorialium contra jus reformati, quo etiam fruantur, non modo quoad exercitiam sua Religionis, verum etiam quoad bona, redditus & accessiones. Neque obstat, quod paulo ante eitate §. 29. mentio fiat Capitulorum, Ecclesiasticorum Collegiatum, Monasteriorum & Cœnobiorum, in Civitatibus liberis sitorum, quæ etiam mediate Imperio subiecta. Nam si quis ex eo colligere vellet, immediatam istorum subjectionem deberi illis Civitatibus, adeoque istos esse harum subditos, consequentia hujus necessitate non video. Esse enim multa ejusmodi Capitula, Ecclesias, Monasteria & Cœobia in quibusdam Civitatibus, in quæ his nulla omnino potestas, cum aliis sive Episcopis, sive statibus subjiciantur, experientia adeo manifestum, ut exemplis non sit opus. Quin tales hoc loco necessario intelligi, ex eo patet, quod Civitatis statum mixtum non efficiant, eti ibidem habitent, & exercitio sua Religionis liberreme fruantur: id quod fieri non posset, si pro parte Civitatis reputarentur, qua de re for-

tasias plura ad illum ipsum §. 29. notanda erunt.

r) & permaneat) Scilicet mansio ne perpetua & semper duratura, donec de Religionis dissiidiis amicabiliter conventum fuerit.

s) ubi) Ibi ad locum pertinet, quatenus vero, ad modum & libertatem exercitii. Ergo ubi exercitium Religionis alterutrius anno 1624. receptum permisumque non fuit, ibi nec restituendum, nec tolerandum esse videtur. Ex hoc loco respondent nonnulli ad questionem, illam vexatissimam, quæ statim post pacem conclusam proposita, atque superioribus Comitis à Catholicis inter quatuor sua dubia relata fuit: nimurum de simultaneo exercitio Religionis à Domino Territorii in Civitatibus Municipalibus sine incommodo aut præjudicio alterius partis introducendo, quod dicto anno ibi non fuit: neq; recipi illud & permanere posse, ubi palam receptum permisumque non fuit. Quanquam vero perspicua satis ex hoc textu hujus sententia consequentia videri poscit: expendendum tamen ante omnia sedulo erit, nam non forte aliud in mixtis Episcopatibus, intuitu Canonieorum & Capitularium, placuerit, aliud veratione subditorum, qui impedimento Principi circa jus reformati in reliquis esse nequeunt, si ipsis modo ea omnia intemerata relinquuntur, qua per

per modum exceptionis à regula §. 30. tradita, sequenti §. 31. pro sua Religionis exercitio, honorum usu, & conscientia libertate concessa sunt: cum Capitulares & Canonici cum Episcopo suo unum quasi corpus constituant, adeoque de Jure Territoriali quodammodo participant, cuius etiam exercitium, vacante sede, ad illos solos reddit, donec alius eligitur: id quod in meritis subditis longe alter habet. De cetero, cum supra diximus, tò ubi ad loca pertinere, id non modo de urbibus, oppidis, arcibus, pagis aut vicis, intelligendum: sed de locis etiam in urbibus ipsis, oppidis & ceteris. Quo enim, exempli gratia, urbis vel oppidi templo aut fæculo anno 1624. exercitium Religionis alterius non viguit, ibi etiam posthac nec permancere, invita altera parte, salva pace potest.

t) quatenus) id est, si plenum & omnibus suis numeris ritibusque absolutum viguerit exercitium, tale etiam debebitur: Sin actibus quibusdam & ceremoniis mutuum vel circumscriptum, intra eosdem terminos subsistendum erit. Exempli causa, ubi publica Procesiones per urbem celebrati solitæ, eadem libertas maneto: sin certis tantum diebus, aut per certas plateas deduci illas moris erat, idem tempus, idemque iter observandum. Ubi Catholicis permisum, ut suum illud, quod venerabile appell-

lant, cum cereis, nola atque cantu per vias publicas ad ægrotos deportent: id porro faciundi esto facultas. Si complicatis velut signis, & absque apparatus illic est itum, majori pompa abstineatur. Qui ritus in mortuis sepeliendis usitati fuere, que loca sepulchrals eorum destinata, ea omnia porro servantur. De Ordinibus Religionis quæsumus aliquando est, an recipi in Civitatem possint, & altera parte efflagitante, debeant, quos anno 1624. illic non fuisse confit. Fuit hac quæstio agitata vehementissime Francofurti inter Deputatos ad punctum restituendorum in causa tam Hildesienst, quam Civitatis Kauffbayern; ibi enim de Cappucinis restituendis certabatur; hic de Jesuïtis. Neuter ordo anno decretorio illic locorum fuerat, sed posthac demum irreplebant. Uterque post pacem, decretæ à Directoribus Circuli executione, dejectus loco iterum fuerat. Sed querentibus Catholicis de excessu & injuria, his executionibus sibi facta, urgebant restitucionem. Et quidem quod Jesuïtas attinet, illi ex clandestina quadam Cæsaris Commissione, opere Electoris Bavariae obtrusi iterum Civitati fuere. Cappucinos vero diutissima lis inter utriusque Religionis status detinuit, donec de causa inter Episcopum & Civitatem Hildesiensem certis conditionibus transactum fuit, quibus restitutio horum Fratrum im-
petra-

lesimo sexcentesimo vigesimo quarto palam u) receptum, permisumque w) fuit, neque supradictis omnibus x) vel eligendo vel præsentando y) aliterve z) detrimenti quicquam a a) creetur.

petrata, cum decidi illa à Conventu Francofurtensi ob diversas opiniones non potuisse, utrasque parte pro sua sententiæ acerrime depugnante. Quodsi vero istæ cause hoc ex loco dijudicandæ fuissent, id quod hic dicitur, quatenus anno 1624. receptum, permisumque fuit, una opera omnem item diremisset; constabat enim utroque, dicto anno neque Cappucinæ Hildæsi, neque Jesuitæ Kauffbayæ fuisse receptos. Sed de his causis dicentur plura ex ipsis actis Conventus Deputationis infra suis locis propriis, ubi has quæstiones in utramque partem ventilare & examinare prepositum est nobis.

u) palam) Quid hic significet *palam*, aliquanto dubium esse potest. Videtur prima specie idem esse, ac id, quod publice fit, & designare publicum Religionis exercitum, cui privatum opponitur. Quoniam autem illa etiam, quæ *privatum* fuit, palam, id est, scientiæ omni Civitate, recepta permissaque esse possunt, cogitandum erit, annos *palam* potius opponendum sit ei, quod *clam* & *furtum* agitur, ignorantie Civitate, & non toleratura, si cognitionem rei habuisset,

w) *receptum permisumque*) receputum ad consensum expellunt referri potest; *permisum* ad tolerantiam, non declarato animo, an ferre velimus aut prohibere. Supponitur tamen scientia, cum sine ea quid palam factum dici nequeat.

x) neque *supra dictis omnibus*) id est, quæ à Hvo 14. usque huc de Bonis Ecclesiasticis immediatis, eorumque possessione & juribus per decem continuos Hvos tradita & constituta sunt,

y) *vel eligendo vel præsentando*) Jus eligendi ad Capitulum spectat: Jus prælantandi ad Patronos Ecclesiistarum, vel si qui alii hoc sibi quæsivere: inter quos illi hic præcipuo loco esse videntur, qui jus primariarum precure habent, qua de re extat Dispositio supra §vo 18.

z) *aliterve*) quod tot modis fieri potest, quot capitibus hactenus hac omnis res de bonis Ecclesiasticis immediatis comprehensa est, si in uno aliquo articulo conventis vis aut fraus fiat, si ve factò ipso, seu verbis, & mala explicatione.

a a) *detrimenti quicquam*) id est, præjudicij aut damni,

§. 24. VIII. Qui Archiepiscopatus, a) Episcopatus & aliae fundationes atque bona Ecclesiastica immediata vel mediat, in satisfactionem b) Regiae Majestatis c) Regnique Suecicæ, aut æquivalentem recompensationem, indemnitatemque d) forum fœderatorum amicorum & interessatorum e) conces-

§. 24.

a) Qui Archiepiscopatus &c.) Cum Archiepiscopatus quidam & Episcopatus, aliaque bona Ecclesiastica, tam immediata, quam mediata Regi Reginoque Suecicæ, ejusque Fœderatis & sociis in satisfactionem & indemnitationem Pacæ Westphalica cessâ tradita que fuerint, quorum pleraque qualitate & conditione Ecclesiastica extuta, atque civitati reddita sunt, in quibus adeoque illa omnia, quæ pacis superioribus de Bonis Ecclesiasticis statuta erant, habere locum non poterant, ideoque placuit, ut eo usque peculiariibus suis conventionibus relinquantur, quatenus à generali regula restituendorum declinarent. In reliquis vero, quæ his pactis peculiariibus non confinebantur, Constitutionibus Imperii, & huic Transactioni nihil minus subiecta manere jubentur.

b) satisfactionem latino sermone satisfactio proprie est excusatio seu purgatio, cum aliis, qui se à nobis offensum existimat, consilii factorumque nostrorum reddita ratione nos purgamus, & ita satisfacimus. Sed hic accipitur pro restitutione locorum, isto

bello occupatorum, nec non reparacione sumptuum damnorumque, quæ hoc suscepimus gestoque bello Sueci facere coacti fuere.

c) in satisfactionem Regie Majestatis &c.) Nota hic differentiam Titulorum, sub quibus alia Suecis, alia Fœderatis Eorum atque amicis tradita sunt. Succis, externo Populo, & bello Duciibus satisfactione deberi vides, Fœderatis illorum atque sociis; quæ Status Imperii erant, æqualis competatio atque indemnitas, quasi nonimis speciosis rerum natura mutari posset.

d) equivalentem recompensationem indemnitatamque) Recompensationem scilicet ob operas Suecis hoc bello ex fœderis lege præstitas, sumptusque in id factos, quod ad omnes bellii socios spectat: indemnitatem vero propter ditiones & bona, quorum jacturam, ut Suecis satisficeret, pacis causa status nonnulli facere sunt coacti, adeoque ut indemnes ex Republica præstentur, cum pro omnium salute & tranquillitate ipsi solverint solli, æquitas & justitia poscebant. Neque hic æque prompta erat satisfaciendi

concesserunt, peculiaribus suis conventionibus infra contentis,^{f)} per omnia relinquuntur. In omnibus vero iis^{g)} quæ ibi non continentur, & inter hæc quoad §. Jus Diœcesa-

Pp 2

num

endi ratio, ac ex bonis Ecclesiasticis, quæ cum Catholicis diu periuissent, & peritura porro forent ex possessionis decretoriis statu, in eorum traditionem isti tanto facilius consentire poterant. Neque Evangelicorum valde intererat, cum plerique fere jam diu compendium ex ejusmodi bonis Ecclesiasticis fecissent, neque invidia apud eos tanti esse poterat, ut eam ob causam bellum gererent, ne ex feliquis, qui certum Dominum non habebant, adeoque hæste velut subjacebant, aliorum damna atque dispendia resarcientur.

e) Fæderatorum, amicorum & Interessatiorum) Num differentia notabilis in his nominibus ad distinguendos Suecorum belli socios à Paciscentibus quæstia fuet, fere dubites, cum vulgarissimum in omni sermone sit, plures sèpe voces, quæ idem significant, conjungi, ut abundet oratio. Quod si tamen hic discrimina utique facienda placuerit, erunt Fæderari, qui initio cum Suecis fædere, & præfatis ex eo auxiliis in bello gerendo momentum fecere. Amici, qui vel militarunt Suecis stipendiis sine feedere, vel ex Religionis causa, aliquisque meritis illis commendatione & præmio digni vi-

debantur: Vel denique Fæderatorum amici aut propinquii, qui horum gratia & precibus in amicitia Suecorum aliquem locum etiam obtinebant. Tandem *Interessati*, quibus cedendum aliiquid è Bonis Ecclesiasticis fuit, ut alii satishieret, in quorum numerum exempli gratia refero, quæ artic. 13. §. 11. & 13. item artic. 14. §. 1. 2. & 3. habentur.

f) peculiaribus suis Conventionibus, infra contentis) nimurum infra articulis 10. 11. 12. 13. 14. & 15.

g) In omnibus vero iis) Quoniam ista Bona Ecclesiastica serularitata fuerint, ut adhuc cum vulgo expeditoris sensus causa loquamus, mirum videri poslit, quomodo ejusmodi bona, ab Ordine Ecclesiastico ablata, & in Politicorum censum redacta in ceteris subjacere amplius potuerint huic Transactioni de gravaminum Compositione, & in specie placitis illis, quæ infra §. 48. de Jure Diœcesano conventa sunt, quippe argui hoc ipso videtur posse, ac si nondum omnem Ecclesiasticam qualitatem plane exuisissent, quia adhuc in quibusdam subjacent legibus, articuli nostri de compositione gravaminum Ecclesiasticorum, quo respectu deteriori conditio-


ne ab

num 16. h) infra positum, constitutionibus Imperii & huic Transactioni subjecta manento.

ne ab aliis secularibus bonis esse cre-
di possent. Sed primo secularia etiam
Bona eidem Transactioni ita subja-
cent, ut adversus eam decernere illo-
rum possessores & domini vi territo-
rialis potestatis nihil debeant. Dein-
de quod ad jus Diocesanum attinet,
eius mentionem specialiter fieri ideo
exislamo, quia cum Bona ista Ecclesi-
astica Suecic corumque Foederatis &
Amicis cum omnibus iuribus & privi-
legiis, nullo excepto, concessa fuerint,
Archiepiscopatus autem illi & Episco-
patus olim Ius suum Diocesanum la-
tissime exercuerint, quo nunc abuti no-
vi Possessores maximo Vicinorum pre-

judicio potuissent, si ab hac constitu-
tione, de Jure Diocesano facta exem-
pta fuisset. Ideoque sanctum est, ut
subjecti manent in omnibus iis, qua-
peculiaribus conventionibus non con-
tinetur, qua cautione effectum, ut jus
illud Diocesanum, aut quicquid loco e-
ius surrogari poterat, suspensum sit
non in Catholicos modo, verum etiam
ipso A. C. Status, hoc posito termino,
ut intra fines cuiusque territorii illud
se cum Jurisdictione Ecclesiastica con-
tineat.

b) quod Ivo Jus Diocesanum 16.)
in recentioribus editionibus, ubi §§ vi
illi mutati sunt, est Ixvus 48vus.



68 (17) 88

MANTISSA

ad

SPECIMEN SECUNDUM

ME DITIONUM.

Cum hoc specimine de Statibus Imperii in primis agatur, quatenus eis ex pace Westphalica in causis Ecclesiasticis præstandum aliquid aut restituendum est; itaque visum nobis, non alienum ē re fore, si Mantissæ loco, præcipue cum specimen ipsum priori brevius fuerit, sufficuum discursum de *Statibus Imperii* pro supplemento adjicere.



MEDITATIO
DE

STATIBUS IMPERII.

§. 1.

Sicut Cives Romani Imperii præcipuo loco sunt, quos STATUS vocamus: quorum tanta est ante reliquos dignitas & prerogativa, ut multi juris publici scriptores & inter hos magnus *Srau-*
ebius, Aristotelica scilicet civis definitioni intenti, hos solos civis nomine & conditione dignos censent: reliquos vero omnes subditorum communi complectantur notio: quod et si nobis non ex omnni parte probetur, tamen cum in Confesso sit, Status ex eorum civium esse genere, qui secundum magis sunt cives: id est, qui jus civitatis plenius & usu excellentiori participant: & vero quotidiana Constat experientia, scepè inter illos, qui commune generis nomen habent, id particulari quodam modo sibi illos vendicare & attribue-

re, qui reliquos in ea classe speciali quadam prerogativa & praestantia antecellunt, ideoque ea in significatione & quatenus civis est, qui deliberationum de republica & judiciorum est particeps, Status per excellentiam & eximius cives appellari posse non repugno.

§. 2. Vox *Status*, ut alias significations in praesens omittam, in sensu juridico præcipue Conditionem aliquam notat seu qualitatem personis iure attributam, quæ diversitatem juris inducit, facisque, ut hoc vel illo jure quis in sociate utatur. Et hoc modo jus illud suffragii & sessionis, quod primariis quibusdam civibus competit, proprie efficit, ut illi *statui-* quendam in Republica habere propterea dicantur. Sed usu, qui vocabulorum eorumque significacionum est Magister, postea invaluit, ut non conditio personæ, sed persona

persona ipsa, que certa quadam civili qualitate est praedita, *status* dicatur: quod procul dubio à voce Germanica, *Stand* originem sumpsit, & in imitationem est tractum. quam obrem cum nos nunc *Statum* dicimus, non jus in cive intelligimus, sed eivem ipsum, qui hoc jure utitur, secus atque Romanii olim, qui cum liberum hominem statum habere dicebant, non hominem ipsum, sed libertatem, seue ius qualitatem liberam ita appellabant: quamvis autem significatio altera, qua *Status* hominem notat, à lingue latine genio paulo alienior sit, tamen ut ante monui usus eam nunc civitate donavit, potioremque prima efficit: imprimis in juris publici area.

§. 3. Vocabatur & Ordines, idque latinus; nam & apud probatos scriptores ordo pro hominibus aliquando accipitur quo locus pertinet Ciceronis. 3. offic. qui effet ut *argentarius*, apud omnes ordines *gratius*. id est. apud omnium ordinum homines, similiter *Sallustius*, *Sape numero patres conscripti multa verba in hoc ordine feci. i. e.* in senatu, seu ad senatores. sed alterum nomen, scilicet *Status*, non modo frequentius est, verum etiam dignitati & magnitudini horum ciuium creditur magis convenire: à stando enim dicuntur Status, quod per se iuaque quodammodo

authoritate subsstant, non vero quod ratione personæ sive Conditionis & libertatis ex alieno pendant imperio. Ac proinde memini, cum aliquando ex Comitiis *Status Imperii* ad Regem Galliarum scriberent, atque de injuriis contra pacem Neomagiensem Imperio factis expostularent. Director *Moguntinus* vero, cuius est, literarum verba concipere, vocabula, *Ordines & Status* promiscue usurparer, Legatum magni cuiusdam Principis id egerime tulisse, misfoque ad eum secretario dolorem suum eam obrem testatum esse, & expresse declarasse, ni in omnibus illis locis, ubi vox ordines, legitur, ea expugeretur, substituta altera Status, le literas non agniturum, neque sigilli sui oppositione confirmatur esse, coactusque fuit *Moguntinus*, Legato hæc petenti morem gerere.

§. 4. Aliquando etiam vox *Status* latifissime accipitur, pro omni civi, qui *Statum* id est Conditionem civilem in Republica habet, quod plenissime Lehmannus sequentibus exposuit: (a) Es will hier bey zu erinnern seint quod vocabulum *Status oder Stand* sit polysemion, & eius vocis significatio in Romano Imperio non semper sit eadem sed diversa, derowegen mit Unterscheid davon zu reden; Wer ein Stand des reichs sei / oder nicht. Weil man nun das

Qq 2

(a) de Pace Relig. lib. 3. c. 53.

Heil,

Heilige Römische Reich als ein *Corpus universale* considerirt, so finden sich dabeym *membra principaliora*, dann was wäre das für ein *monstrum naturae*, wenn ein Leib lauter Kopff / Augen / Ohren / Hände und Arme hätte / ohne Fuß und Schäckel. Weil aber ein *bene dispositum Corpus* deren nicht entrathen kan / so ist das Heilige Römische Reich in teutscher Nation von alters hero also abgeheilet / das es habe seine Chur / Fürsten / Fürsten beyde Geistlichen und Weltlichen Standes / Burggraffen / Prelaten, Graffen / Frey / Herren / Ritter / und Adelichen / Stand / Bürger / und Bauern. Haben also im Heil. Röm. Reich einen Chur / Fürstlichen Stand / Fürsten Stand / Prelaten Stand / Frey / Herren Stand / Ritter / und Adelichen / Stand / Bürger / und Bauern / Stand wann es in generalissima significacione genommen und verstanden wird / alle des Heiligen Römischen Reichs angehörige Unterthanen / sie seind mit oder ohne Mittel dem Reich verwandt / c.

§. 5. Paulo strictius & in significatu magis speciali illi intelliguntur, qui immediato proximoque ordine sub Cæsare sunt: jus suffragii habeant seu non habeant, nihil refert: Atque in hac clafe sunt omnes immediati cives etiam Principes & Comites, qui sine ditione de Apanagio vivunt: etiam multi in

Italia Reguli, denique etiam immiediatia Nobilitas & Collegia quædam sacra, ut & nonnullæ Communitates.

§. 6. Denique strictissime est *Status* qui cum immediatiate jus suffragii ferendi Conjunctionem habet & haec propria est atque specialis significatio, quæ nobis hoc loco accipitur, & jure publico est receptisima: quoties enim *Status* dicimus aut legimus, haud certe alios concipiimus, quam qui deliberationum publicarum sunt capaces nisi subiecti qualitas aliam interpretationem nobis injungat, reliquos enim cives immediatos sub aliis titulis & nominibus comprehendimus.

§. 7. Est igitur status hoc ultimo & proprio sensu *civis immediatus imperii, deliberationum de republica, & juris suffragandi particeps civem* dico, talis enim procul dubio est, & quidem per excellentiam, quemque Aristoteles pro solo cive genuino agnoscit, civem vero immediatum dico, qui scilicet personæ sua ratione soli Imperatori est subiectus. Mediati enim, quacunque etiam dignitate & ordine praestent ad recipiendam Status qualitatem prorsus inepti sunt.

§. 8. Haec immediatas consistit formaliter in subordinatione personæ, seu fide soli Imperatori primo ac diuersis debita, id enim est, immediatum esse, si inter Imperatorem,

torem, & civem non sit medius Magistratus, cui hic obsequio teneatur & fide:

§. 9. Subjective vero, & quatenus hæc immedietas in statu consideratur, consistit illa eadem in tali persona, quæ prædicta est possessione bonorum, immediate sub & in Imperio Romano Germanicotorum. Quamvis enim Status idœo non sit immediatus, quia ejusmodi bona possidet: sed quoniam præter Cæsarem altri non paret tamen sola hæc formalis immedietas non sufficit ei, qui Statum se creari cupit. Sed præterea opus est illi possessione bonorum immediatorum. Namque hoc modo possessionatum esse est quedam conditio & necessaria qualitas personæ, quæ in Statum adoptari expehit, sicuti enim, quod proverbio dicitur, non ex quo vis ligno fit Mercurius ita non ex quovis cive immediato effici Status potest, sed requiritur persona apta, velut subiectum capax recipiendi juris suffragandi; talis autem est, quæ immediata in imperio bona possidet, eaque in censu publico descripta habet, aut describi patitur, ita enim Recessu Imperii de anno 1654. §. Über diss haben wir ic. expressi cautum, legitur. Sie haben sich dann vorhero mit ohnmittelbahren Fürstmäßigen Reichsgütern versehen und solle forthin ohne vorgehente Real

erfüllung aller nothwendigen und bestimmbten Requisiten / und insondereheit erstgedachter Begüterung / keiner zur session und Stimm im Fürsten-Rath gelassen werden: simili sensu in Capitulationibus legitur, Niemand von den neuerhöhten Fürsten Graffen und Herrn dem Fürstlichen Collegio es sei gleich aufs selbigem oder der Graffen Bancke ad sessionem & votum wider dero Willen aufztringen / Sie haben sich dann dazu mit Fürstmäßigen und Gräflichen Reichs-Gütern vorher genugsam qualificirt.

§. 10. Ergo hoc modo bonis immediatis esse prædictum habet se in istar materiæ aptæ ad recipiendam Status formam i. e. jus sessionis & voti, immediata autem bona requiruntur, hoc est talia, quæ soli & uni Cæsari atque imperio subiecta sunt, nec territoriali civium aliorum jure tenentur. Non satis igitur est qui Status iura ambit, si bona in Bohemia, Moravia, Silesia, aliasque Austriacæ domus hereditariiis provinciis possideat: quia hæc non immediato nexus obligantur imperio, sed Regis Bohemiæ vel Archiducis Austriae proximiorem agnoscent potestatem, ni forte jus superioritatis cedatur postessoribus, & ita bona illa quasi manu mittantur: uti non ita pridem in gratiam Principis Dieterichsteinensis, ut fieri particeps sessionis & voti in Co-

Q9

mitiis

mitius posset, Imperator superioritate in agrum & castrum, Traff se exxit, eamque in dictum Principem transtulit, & ita hoc preedium in Austria immediatum effecit. Perinde autem esse arbitror, in Germania vel extra eam, sicutem tamen in finibus Imperii Romani, quis illa bona possideat. Nam & qui in Italia immediata bona feudi lege ab Imperio tenent, apertos credo, quod ad personas eorum attinet, ad iura Status consequenda, si Imperatori & Imperio de cetero ea concede-re vultum fuerit; et si fatear, rem exemplo fere carere, ni Sabaudus pro exemplo sit, cuius tamen dictio[n]em Sabaudiam ajo, hoc enim, sicutem respectu fert suffragium, multi ad Germaniam magis quam Italiam spectare recte putant.

§. II. Illud vero non requiritur, ut quis haec bona ab Imperio jure feudi immediate possideat, sufficiet enim immediata bona possideri, et si immediata illa Imperium non det ei in feudum, qui possidet. Nam possunt & bona imperii immediata ab aliquo teneri mediatu[m], sub feudi jure, quando nimis, jam alius illa ab Imperatore primo habet & rursus, ut subfeudum elocat; non enim hoc modo bona ipsa immediata esse desinunt, sed sicutem habendi modus est mediatus, aliud igitur est bona immediata possidere, aliud bona illa possidere ut

feudum immediatum. Poterant olim Dukes Wirt[en]bergici probare sententiam hanc nostram, qui eti[am] Dueatum suum ab Archiduce Austria per investituram recipiebant, inter Status tamen imperii haud dubie numerabantur, agerque Wirt[en]bergicus imperio semper immediate subiectus erat: sed cum hodie haec res transactione mutata sit, & ab Imperatore ipso jam petant, Dukes investituram, alia exempla querenda sunt. Maxima Ducatus Bipontini pars parum Wormatiensis Episcopi est feudum, partim Metensis; & bonorum tamen suorum immediatis ratione Dux ipsius in Comitiis dicit sententiam, atque omnium assensu inter Status reputatur. In actis Comitorum Ratisbonensium anno 1654, haec inter alia legi perhibent. Die Grafschaft Falckenstein am Donnersberg und an der untern Pfalz gelegen, empfängt den Herzog von Lothringen vom Heiligen Römischen Reich immediate zulehn, und verleiht sie nachmals den Graffen oder Herren von Falckenstein, das also his respectibus diese Grafschaft ein Kaiserliches und Lothringisches Lehen ist. Neben dieser Lehenbahnen qualität ist solche Grafschaft ein immediatum sacri Imperii und des Oberdheinischen Kreises non ignobile membrum, und werden die Herren und Graffen dieser Grafschaft Innha- haber

haber und possellores vor ein im-
mediat Reichs Mittstand erkant und
gehalten. Und bedarff solches keines
Beweises. Dann es bestättiget
wird durch die Reichs matrikul und
des Reichs unterschriebene Abschied
darinnen die Grafen vom Falcken-
stein zu finden. Comites Erbacen-
ses certissimi Status sunt, quos ta-
men referit Limneus Comitatum
suum cum omni jure titulo feudi
ab Electore Palatino suscipere. Et
istorum bonorum plurima sunt in
imperio, que referre in praesens
nihil attinet. Nam tota causa Va-
fallorum Metensium, Tullensium, &
Virodunensium hue pertinet, quo-
rum plerique Status Imperii, Va-
falli vero horum Episcopatum, per
pacem Westphalicam Gallis cesso-
rum, unde occasio tot vexationum
ab hac gente variis sub titulis in-
tentatarum, que tandem in reu-
niones omnium violentissimas de-
fiere cum oppresione multorum
Statuum, & invasione eximiae par-
tis Imperii.

§. 12. Hujus distinctionis in pu-
blicorum etiam actorum monu-
mentis fundate si meminisset Li-
mneus, in crassum illum nunquam
impiegisset errorem ut mediatis quo-
que civibus posse nomen & qualita-
tem Status competere affirmaret, &
probationis causa Duces allegaret
Wirtenbergicos. (a) Ipsi enim
(a) de Jur. P.l.c. 7. n. 99, 100, & 103.

profecto nullo unquam tempore,
postquam Comites Ducesque effe-
cti sunt, mediati fuere, ut scilicet,
quod ad personas eorum attinet, alterius quam Cæsaris & imperii ag-
noscerent jurisdictionem, neque
magis Ducatus eorum pro mediata
provincia unquam est habitus, et si ab Austria Ducibus investituram
ejus acciperent. His enim in eo
aliud jus non erat, nisi quantum
natura & obligatio Contractus feu-
dalis requirit. Hoc vero non est
mediatum esse, si cui feudi saltem
ratione teneat, sed quando secun-
dum omnes jurisdictionis partes
primo ordine ali subditus sum, &
medio hoc demum Imperatori et
iam subjaceo. Quemadmodum
enim quis salva prorsus summa po-
testate beneficiario jure, id est: ex
feudi causa, obstrictus esse alteri
potest; ita multo magis salvo im-
mediatis jure convenire cum alio
fas est, ut de bonis meis immediatis
ab eo secundum leges feudo-
rum investituram accipiam. In-
re enim, i.e. bonis nihil mutatur.
Saltem habendi modus paulo fit a-
lius.

§. 13. Sicuti vero in omni juris re-
gula pro re nata dispensatio exem-
ptioque dari potest: ita praeditum
esse bonis immediatis se instar ma-
teriae quidem regulariter habet; sed
ubi tamen aliquando dispensari per
Imperatorem solet, & nudæ per-
sonæ

sone ob insignia ejus merita' jura
Status Contentientibus reliquis Or-
dinibus concedi. Vti factum legi-
mus Recessu Imperii de anno 1654.
§. über dieses haben wir ic ibi wel-
che ohne vorhergehende Volziehung
der schuldigen prestationen und ins-
sonderheit der im Reich unmittelba-
ren Begütterung wegen der vorref-
lichen meriten dißmahl's admittit,
und eingeführt worden. addita ta-
men lex ut sibi maturē de imme-
diatis bonis, dignitati Principium
Convenientibus, prospiciant, cer-
toque adscripti circulo in idoneum
censum redigantur, si transmittre
ad hæredes jura statum velint,
qua de re scripto etiam cavere coa-
cti sunt: quare conditione non im-
pleta personalissimum est hoc mu-
nus, nec post mortem eorum in-
succesores transit disertim statute
dicto recessu imperii de anno
1654, daß das beneficium sessionis
& voti auss dero Erben und suc-
cessoren nicht extendiret werden solle/
sie haben sich dann vorhero mit ohn-
mittelbahnen Fürstennäßigen Reichs
Gütern versehen. ic.

§. 14. Ita etiam si quis injuria &
fine facto suo noxaque immobilia
possidere in Imperio desierit, jus
status: i. e. suffragii facultatem non
amittit: nam quæ ad jus acquirendum
requiruntur, necessaria non sunt ad
idem quoque retinendum, nec de-
finit quis jus quæsitus habere, et-

si in eum statum pervenerit, quo
non poterat acquirere: Exem-
plum fuit non ita pridem Dux Bi-
pontinus: cuius omnis ditio eti à
Gallis occupata erat, ipse tamen in
Comitiis interea libere sententiam
dixit, qua de re infra plura.

§. 15. Pariter ad qualitatem Status
pertinet, non quidditatem, pro mo-
do censuque bonorum immediato-
rum in aliquo Imperii circulo
esse descriptum, & ad ferenda rei-
publicæ onera pro parte sua con-
currere: non modo enim requiri-
tur mit Reichs-Gütern vorhero ge-
nungsfähm qualificari, verum etiam
zu einer Standswürdigen Steuer in
einem gewissen Creyß eingelassen
und verbunden. Verum id multi
per imperitiam faciunt, qui hunc
ipsum censum definitioni inferunt,
non enim essentiam Status consti-
tuat, sed ad conditionem subjecti
spectat, jura Status recepti. Ille
enim demum aptus est creari Sta-
tus, qui præter possessiones imme-
diatas in censum publicum describi
potest, reliqui pro ineptis aestimantur.
Non itaque mirum, cives etiam
non Status Imperio immediate
contribuere teneri, uti sunt Nobili-
les immediati, & nonnulli Communi-
tates. Hi enim apti saltem acci-
piendis juribus statuum, aptitudo
autem ad rem non confert rem i-
psam, sed passive se habet instar
materiæ, quæ non ex se formam,

pro-

producit, sed aliunde recipit. verbo dicam: ut homo eruditus non est doctor, antequam creetur talis, ita qui immobilia ab imperio possidet, & immediate contribuit, non est Status, antequam iura Status ab Imperatore consequatur. De Comitibus & Prælatis immediatis in Circulo Bavaroico dubitatum est, an sint Status. Facit pro eis, non modo quod in Matricula censu descripti sint; Verum etiam ad comitia inter reliquos vocentur, Senatum Principum frequentent & Recessus Imperii signent. Ex adverso autem opponitur, quod jus actuale suffragii non habeant. Ego tamen crediderim, pro illis esse pronunciandum. Vocatio enim ad comitiā, jus veniendi in Curiam, & quod Recessus subscribunt satis docent jus illud suffragii, quod de Status conditione & natura est. Exercitum suspenditur ei solo, quod adhuc nulli collegio adscripti sunt, in quo dicere sententiam possunt. Comites enim & Prælati Bavari non constituant Collegium ferendis suffragiis aptum. Illis autem, qui jus actuale suffragii habent, nondum accessere. Hoc si aliquando fieret, quod Comitem Ortenburgicum jamdiu animo voluisse ajunt, oculis in Wetteravicum Collegium coniectat, quemcum ea super re jam agere ceperat, nullum prorsus dubium est,

quin loco hac ratione adepto actu etiam suffragari statim inciperent; itaque jus actuale suffragii adest, quod impeditur quidem, sed non tollitur externo illo & prorsus accidentali obstaculo.

§. 16. Dubitatur etiam an jus Status personæ aut territorio inhæreat? Personæ autem inherere est, non si personæ, sive subjecto jus aliquod proprium est facultate & usu, sed quando jus ita personæ est proprium, ut nullum ad res à persona possessor habeat respectum sive relationem: in tantum, ut jus illud, sive activum id sit, sive passivum, in persona maneat, eamque comitetur, etiam nulla prorsus bona seu facultates possideat, aut illa possidere desierit: quemadmodum ex adverso jus rei in hærente dicimus, cum fundamentum ejus juris in re est, & per rem personæ, i. e. legitimo possessori vel domino competit, aut cum re acquiritur, qua explicazione præmissa cum distinctione respondemus.

§. 17. Est enim, & id ferè plerunque cum fessio & votum in comitiis datur certorum bonorum ratione, quibus hoc jus velut est mancipio datum, perpetuoque nexus alligatum, adeo ut eum bonis transeat & semper eum comitetur, qui legitime illa & realiter possidet, eti jure Domini vel proprietatis saltem temporario habeat, quo pertinent oppig-
nora-

rationes territorialium, quorum possesores dicuntur, die Inhaber oder Pfand, Inhaber dieser oder jener Graff, oder Herrschoffe, quos Comitii interesse & sententiam in suo ordine dicere, atque Recessibus subscribere certum est, exjure quidem Dominii, sed revocabiliis, ob tacitum pactum de retrovendendo quod natura sua ejusmodi contrahitu, quem vocant pignoratio, more Germanorum inest: legitima autem requiritur rei possessio. Nam quorum bona & ditiones, quibus suffragii jus inest, vi & per injuriam detinentur, illi facultatem & usum suffragandi non amittunt: sed sicuti iniuste spoliati juris presumptione civiliter possidere creduntur, ita etiam civilis possessionis retinentia commoda atque praerogativas.

§. 18. Interdum vero extra ordinem & ex speciali gratia personae datur potestas ineundi suffragii, et si nulla bona immediata possideat: vel si quedam possidet, saltem tamen non consideratione honorum istorum; sed spectantur sola performance merita, cuius virtus hoc praecipuo jure honoratur. Quare etiam eti ejusmodi persona plane bonis decoherit, ejusque praedia auctoritate, judicis ab aliis possideantur, verius tamen est retineri a debitore jus suffragii, cuius nullum in

possessionibus fundamentum erat, aut relatio.

§. 19. Primo igitur modo cum jus suffragii alicui competit, id rei i.e. praedio, hac qualitate donato, inhärere profus affirmandum est, quod enim cum re dominum relinquat, & sequitur possesse, id pro certissimo est indicio realis juris. Nam si, quod dicitur, offibus personæ inhäreret, non magis id sibi possessor bonorum vindicare posset, quam reliqua debitoris jura personalia nominaque, in hæc enim creditori eo titulo, quod pignoris jure bona aliqua possidet, nulla potestas competit, antequam illi & hæc ipsa sententia judicis, invicem solutionis adjudicentur. Atque hoc reali, id est, in praedio radicato jure plerique Status in Comitiis suffragia ferunt. De ditionibus Electorum nullum dubium esse potest, quamvis enim in creatione Regis Romanorum saltem Electores seculares virtute regni & principatum suorum ius, vocem & locum habere (a) dicuntur: In Comitiis tamen Ecclesiasticos etiam ratione praedii sententiam dicere argumento est, quod mortuo Elec-tore Capitulum ad Comitia vocetur, & vocem obtineat, donec electus alius fuerit. De plerorumque aliorum Principum, tam Ecclesiasticorum quam secularium, itemque Comitum

(a) A. B. tit. 7. § 29.

Comitum & Prælatorum suffragii iure idem sentio; præcipue qui iam ab antiquo principatus suos comitatuse possident: Contra quam Limneus autem. Licet enim de his expressa non sit Constitutio, quæ illos vi honorum suorum in Comitiis ius sententiae dicendæ habere statuat: reale tamen id ipsum ius & in prædio esse vel inde constat, quod possessorem prædii sequatur. Statumque eum temporarium efficiat, dignitate principali aut Comitiua, quæ personalis est, apud eum permanente, cuius bona possidentur. Quippe longe aliud est Statum esse aliud principem vel Comitem: illud enim potestas magis est quam dignitas: Hæc dignitas personalis, quæ etiam sine potestate esse potest: uti in illis manifestum est, qui abgetheissi fūsten dicuntur: quos nimurum ius primogeniture à successione in ditiones paternas excludit. Fere hic simile quid occurrit, atque circa eos, qui in Franconia Sueviaque nobilia prædia emunt, observatur. Hi enim in Nobilium Conventibus omnia iura suffragii ratione bonorum suorum habent. Nobiles autem ipsi propter rem ipsam possessam nequaquam sunt: Quæ cum ita se habeant, non video cur Limneo sufficere non potuerit, quod Legatus quidam in nuperis Comitiis dixerit, Es se wihend, das im-

behligen Römischen Reich die Fürstliche dignitat sessiones & vota nicht der Person / sondern dem Land inhäriten und anhangen. Wie dann die exempla bekant / daß viel Fürsten von alten Fürstlichen Häusern / weil sie nicht regierende Fürsten / noch mit Land und Leuten versehen / keine Session und Stimme haben. De dignitate principali dissensio, coetera vero ita plane comparata esse, experientia testatur, & ex supra dictis manifestum est.

§. 20. Altero casu, quando scilicet beneficium in personam est collatum, territorio nulla qualitate nova ornato, ius suffragii personale habendum est. Quod de illis Principibus dicendum existimo, quirecens Status facti ab Imperatore, de sufficientibus bonis sibi prospicere iussi sunt, itemque si quis inferioris ordinis Baro vel Comes creatur Princeps, nec simul Comitatus eius aut Baronatus in tribum Principatum assimilatur. Sane enim his omnibus nullo modo respectu honorum in classe Principum potest suffragium tribui, qui enim bona adhuc nulla habent ratione eius, quod non est, competere illis nihil potest, & licet deinde quedam sibi coemerint, non tamen propediem vel Principatus reputantur, vel iura Status infusa habent, nisi Imperatoris beneficio & consensu Imperii utroque ordinentur.

uentur. Nec impedit, quod ius suffragii ad hæredes non transmittant, nisi de bonis illis sibi prospicerint: et si enim hæc Conditio quædam sit transmissionis, non sequitur tamen, re transferri: Apparitum id, quod dico, subito arbitror, quando forte hi Principes bona sua alienent, rursus cum omni iure, aut aliis permuteant, non enim Emptorem sequetur ius Status, sed ipsi illud retinebunt, nisi ab antiquo iam hæc qualitas prædio adhæserit. Porro Principes ex Comitibus vel Baronibus qui iam Status erant creati, si ius suffragii in classe Principum obtainuerint, ratione Comitatum aut Baronatum non possunt in senatu Principum sententiam dicere, sequitur, igitur quod ius illud personæ tantum insit. Nam quod terras eorum attinet, non desinunt, ut credo, in Comitum quoque tribu una ferre suffragium, quam diu bona illa principali dignitate non donantur, illisque ius Status addicitur, duplice igitur iure tales hoc casu gaudere videntur: & personali principi spectes: & reali si agrum Comitis, in quo hæret realiter ius suffragii, alias sane repugnat ordinis & mori, ut inter Principes suffragium feratur comitatus vel Baronatus ratione: sed hac tamen salvo rectius sentientium iudicio dictu velim.

§. 21. Quod ergo Vietor (a) dicit, *Status imperii esse non feudataria possessionis dignitatem, sed persone celstitudinem esse, non glorie pretium, sed summi Principis premium*, id non modo regulariter, ut vult, verum non est; verum etiam non nisi valde extra ordinem in iis locum habet, quorum personis ius Status ad hæret sine omni ad bona respectu. In reliquo Felini & eum secuti Bertrami sententia obtinet, *vocem in Comitiis dare esse fructum feudi*. Ratio Vietoris in genere nihil concludit, quia licet verum sit, Status esse, ad dignitatem personæ pertinere: tamen non impedit, quo minus fundamentum huius relationis, quod est ius suffragandi, in concreto certam qualitatem, moralem desideret, quæ à possessione petatur, quemadmodum immunitas à satisfactione est qualitas personæ, ab hac enim non re immobili petitur satisfactio, & tamen fundatur in possessione immobiliū; sic etiam Electoralis dignitas est personæ & tamen requirit, cu[m] conditionem subiecti personam, quæ possidet principatum.

§. 22. Hæc de genere. Forma Status id est, differentia specifica, consistit in *iure suffragandi seu uterque Panermeijerus*, (b) *sessionis & electionis sententie communicatione actuali*,

(a) *De caus. exempl. Concil. 78.*

(b) *de Jurisd. l. i. c. 4. n. 4.*

li, vulgariter appellant, sessionem & votum habere, qua nota essentiali Status à civibus immediatis reliquis distinguuntur, in tantum, ut sine ulla exceptione prorsus valeat argumentum, non vocatur ad Comitia, nec in illis sessionem & votum habet, ergo non est Status imperii, quam concludendi rationem frustra improbat (a) Limneus prout paulo post ostendemus. Cœterum communicatio actualis, quam hic requirit Pauermeisterus, ita intelligentia, ut sufficiat facultas seu potentia suffragandi, quæ in actu deduci potest: nec præcise requiritur, ut iam quis aëtu suffragatus sit. Non modo enim illi, qui Comitorum & Curiae ius obtinent, quamvis nondum adscripti in Collegium aliquod sunt, ubi suffragium ferremos est, revera sunt Status, prout paulo ante ostendimus. Verum etiam isti qui Comitiis interesse & ibi suffragium ferre nondum potuerunt, modo ius habeant, dicendæ proximis Comitiis sententia: de quibus mox plura.

§. 23. Votum autem habere hic est, non nudum dare consilium, sed ad deliberationes de republica & Statuum Imperii Conclusa suam partem conferre, & hac ratione tam in consiliis publicis capiendis quam administratione, reipublica sententia sua momentum facere:

Nam qui non modo ius intercedendi impediendique haber, ne is, qui cum summa est potestate, absque autoritate sua & consensu de negotiis ad rem publicam spectantibus decernat quid agat, verum etiam qui simul consultat & decernit, Eum revera possumus publicæ administrationis dicere participem, idque tam in sensu negativo, quia scilicet sine consensu eius geri nihil potest, quam positivo, dum in ipso actu imperandi ad ministrandum concurrit. De cœtero vero nihil refert, sive viritim quis sententia dicendæ ius in senatu habeat, seu pars sit aliqua certi cuiusdam collegii quod uno in Curia, voto defungitur. Hic enim propterea haud minus est Status altero.

§. 24. Cum ergo hoc consultandi de republica & sententia dicendæ ius decreti & Senatus Consultivum habeat, non adeo male Pauermeisterus id appellasse videtur τῆς ἀρχῆς πλατικῆς ονομασίας. Quamvis enim illa summi Imperii pars, quæ in publicanda lege, & decretorum executione consistit, ad folum Imperatorem pertineat, quem decenter rogant Status, ut quæ ipsi profide in rem publicam censuere, autoritate sua firmare & exequi velit. Quamvis etiam illa, quæ decernunt Status, ante Cæsaris approbationem

Rr

(a) Tom. I. addit. ad l. 1. J. P. c. 7. n. 96. p. 75.

nem plenum robut suum & firmatam non obtineant: Non tamen hoc omne illud est, quod per partes integrantes summam potestatem absolvit, cum plura alia sunt iura quae hue pertineant, & de quibus participare Status in confesso est. Breviter res ita habet.

§. 25. Cum summae potestatis partes non modo in imperando, sed & consultando super republi-
ca consistant, consentaneum est ratione & forme nostræ reipublicæ, Status Imperii τῆς δέουσας μάλιστας esse confortes. Neque enim con-
temnenda est in Civitate authoritas, quæ in consiliis publicis & delibera-
tionibus occupatur, quin velut præsidet mandatis illis & mode-
ratur, quæ vi imperii exequitur. Princeps. Aristoteles (a) qui uni-
versum τὸ κύρον Civitatis in tria
summa capita distribuit, consulta-
tionem de rebus communibus primo
loco ponit, ad eamque partem
refert deliberationem de bello, pa-
ce, foederibus, de legibus, de mor-
te, publicatione bonorum, & alia,
quarum omnium rerum quoties de
iis statuendum est, participes esse
Status Imperii, neque earum quic-
quam ab Imperatore exequi impe-
rio inscius illis & invitatis posse, dubio
caret. Non enim eorum consul-
tationes circa eiusmodi negotia-
ant instar consilii tantum. Sed

eam obtinent autoritatem ut Imperatori à consultis Ordinum non nisi manifesta utilitate publica recedere: nunquam vero nisi ex eorum sententia & permisso diversum statuere licet. Hinc sedulo cavere solet Imperator, eoque au-
thoritatis suæ clientumque vires di-
ligenter impendere, ne quod sibi
ingratum a rationibus suis adver-
sum senatus consultum in Comitiis
fiat. Quamvis enim, quod ita fa-
ctum est, possit etiam non probare, & hoc modo consultorum vim
frustrari, quam in rem multa sunt
exempla: Semper tamen cum licet, non consuli mayult, quam à senten-
tia Ordinum dissentire, quia id abs-
que magna invidia & strepitu Sta-
tuum, qui sparsi se tregre admodum
ferunt, vix unquam faciet. Sit ita-
que, quando sic volumus, vis impe-
rii penes Imperatorem. Saltem
Status in communionem admini-
strationis publicæ ita admittendi
sunt, ut præconsultare eos & de-
cernere una cum Imperatore o-
porteat, que imperio exequenda
sunt: id quod eximum maximum
que ius est summae potestatis.

§. 26. Illi vero ad numerum Sta-
tuum plane non pertinent, qui
consilii tantum causa, extra ordi-
nem & formam Consultationum
dandi, advocantur, ut aliquando
cum Aliis oribus Camere factum
constat.

(a) polit. lib. 4. §. 4.

constat. Neque magis illi, qui busides ad Comitia dicitur, ut actionum rerumque gestarum rationem reddant. Huiusmodi enim homines non sedent in Curia, nec de republica sententiam rogantur dicuntque, quod formaliter est Statum esse. Sed illis, qui publicarum deliberationum sunt participes, consilio suo & relatione inserviunt, ut postquam sufficienter de re, qua consultanda proponitur, ab his cognoverint, tanto rectius postmodum statuere & Imperatori decreto suo præsto esse possint.

§. 27. Consistit ergo forma Status in iure Comitiorum & liberi suffragii, ex quo manifestum est, illos etiam, qui solammodo ad tempus bona possident, iure suffragii praedita, suo modo etiam Status esse; quamvis sint temporarii, & arbitrio eorum mutabiles, à quibus titulum iuris sui habent. In legibus publicis appellantur die Pfands Simbaber ac si essent creditores, qui, qui pignori incumbunt. Sed verius est, moribusque nostris convenientius, ipsos sibi hæc bona per emptionem comparasse cum pacto, ut venditor, quandocumque voluerit, redimere ea exoluto eodem pretio, quo vendita fuere, possit: ex quo error de pignore eiusque resolutione manare facile potuit, quamvis inter hoc duo illud intersit, quod emptor Dominus rei vendi-

re sit. Creditor rei oppignoratæ dominium, & qui ex hoc fluunt effectus, non consequatur. Qua ratione illorum dubio facile consultur, quibus res mira videatur ius suffragii creditorem etiam cum pignore sequi, cum ad securitatem crediti nihil valde conferat, & natura sua non pignoris constituti, sed rei cum translatione Domini alienatæ sit fructus.

§. 28. Interea capitalis est Limnei error, qui *votum & sessionem*, in *Comitiis* habere ait esse *accidens Status separabile*, quod *adesse vel abesse possit, salua Status essentia* (a) quare non affirmativè valere putat conclusionem, est *Status Imperii*, ergo *votum & sessionem habet in Comitiis*. Quara in rem authoritate nititur Goldasti, qui opere de Regno Bohemie complures recenset, quos pro Statibus haber, & tamen ad Comitia non modo non vocari, sed & ultro comparentes à sessione & comitiis excludi affirmat. Verum enimvero cum res omnis certa sua forma, per quam talis est, constare debeat, oportet Limneum aut ius sessionis & voti pro forma Status agnoscere, quod Statibus ut plurimum competere nec ipse diffitet, aut adferre aliud in medium, quod Status essentiam constitutat.

Rr 2 prior

(a) J.P. l. 1. c. 7. n. 91. & Tom. 1. Addit. ibid. n. 96. p. 75.

ptionem veram Status imperii notam suppeditare; quandoquidem enim paulo ante declaravit, mentem sibi eam non esse, quasi matricula Imperii ex non Statu Statum perficiat, sed quod ab Imperatore & reliquis Imperii proceribus Statum factum recipiat probetque; hercule necesse est, iam ante inscriptionem existere Statum; quod autem existit, formam essentiamque suam habet: quam demum postea dare inscriptio nulla ratione potest. Ut essentia civis non in eo consistit, quod in album receptus fuerit, sed in participatione iuris civitatis: quoties autem ei questio moveritur, an particeps eius iuris sit, probationis causa recurri ad album civitatis soleat; Ita Status quidem se tales esse probat, quando nomen suum Matriculae inscriptum ostendit, sed id, per quod est Status, non est matricula, in quam de-
mum relatus est, postquam Status est effectus. Accedit quod ipse Limneus Tom. II. addit: Veram & genuinam Status qualitatem esse suffragii liberi in Comitis ius non diffimulet, quod idem est ac si formam dixisset, ac proinde retractanda ipsi erit sententia antea posita, ius lessonis & voti ex separabilibus esse accidentibus, quæ abesse vel adeste possint, salva Status essentia, Exempla authore Goldasto allata nihil ad rem presentem

faciunt; partim enim ibi inter Status plurimi recensentur, quos numero eorum nemo amplius habet, partim adferuntur illi, qui temporum iniuria & conspiratione potentiorum debitorum debito loco & iure turbati fuerunt. Veluti erant Episcopi & Prelati Augustanæ Confessioni addicti, quibus mutata religionis causa ab adversa factione mota quæstio est, & ius suffragandi per vim impeditum. At sufficiebat eos omni iure hanc facultatem habuisse, et si exercitium aliquando externo impedimento suspensum fuerit, quod ipsis tamen Pace Osnabruccensi restitutum est. Multa enim iure nobis debentur, quæ soepe facta aliorum exercere non possumus.

§. 29. Jam de rege Bohemiae dispiciendum, an inter Status sit referendus. Limneus & Gewoldus affirman, quibus Electores & Principes Pragæ anno 1610. congregati in replica sua ad Matthiam Hungariae Regem adstipulantur. Dass der König von Böhmen ein Stand des Reichs, der Sieben Thyr, Fürsten einer und des Römischen Kaysers Erbschence sey; quam sententiam Strauchius etiam propugnat, (a) Negat vero Reinkingius (b) nec regem Bohemiae pro Status a- gnoscit,

(a) Inß. 7. p. l. 1. c. 14. §. 23.

(b) de regim. sec. & Col. b. 1. class. #

6. j. n. 27.

gnoscit, quod ad Comitia Imperii non vocetur, neque in illis sessionem. & votum habeat, Hic non satisfacit responsum Oldenburgeri (c) quod scilicet Rex Bohemiae ex privilegio id obtineat, ut interesse Comitiis non sit obligatus, quamvis enim olim forte id privilegium fuerit Bohemiae Regis, ut ad Comitia vocatus adeste non debuerit, nisi Comitia certis locis, velut Noribergæ, aut Bambergæ, haberentur: existimant tamen multi illud ex consuetudine abrogatum esse, & Regem Bohemiae omni in Comitiis sententiæ dicendæ iure ob diuturnum illum non usum excidisse. Non modo enim amplius non vocatur, in quaunque etiam urbe celebrentur conventus Imperii, sed nec ultra adveniens in classem Electorum & ad deliberationes publicas admittetur. Frustra autem pro privilegio iactatur, cui eti renunciare velim, mihi tamen non licet aliorum Statum iure uti. Cum aliquot abhinc annis Noribergæ totius Imperii Concilium pro exequenda pace haberetur, nemo Regis Bohemiae nomine ei intersuit, quin nec invitatus legitur, eti locus privilegio exceptus, Noriberga, actioni destinaretur. Privilegium autem id vult, ut ad omnia, quidem Comitia vocandus sit, & venire possit, sed non teneatur

vi Edicti alio comparere quam Noribergæ atque Bambergæ, que omnia quam mutata, imo antiquata hodie sint, in aprico est. Nobis placet inter nomen Status, qui alio sensu alter intelligitur, ut supra est expositum, distinguere. Quod si enim accipimus Statum, pro eximio & immediato imperii membro, Regem Bohemiae nequam volumus hoc ordine exclusum, qui Elector & vasallus Imperii ab hoc regium & illustre fedium tenet: quo sensu cum eum Reinkingius alio loco Statum dixisset, (d) præcox in eum est Limnei, (e) inconstantiam objicientis animadversio; Sin autem Status nobis præcisè definitus participatio ne omnium deliberationum de republica, eiusque administratione vix illum in hanc classem admittimus, neque sufficere videtur, quod aliquod votum habeat in Electione Imperatoris nam paulo plura & alia ad conditionem Status requiri vel ex eo patet, quod sine hoc iure eligendi præter Electores reliqui omnes Status nihilominus sint, quod sunt; quamvis non negem, eximiam partem in republica obtainere, qui suffragium in creatione Regis Romanorum habet. Est utique in iure eligendi aliqua prærogativa ordinis. Sed qui post unum illum actum Electionis omni reliquo tem-

Rr 3

pars

(c) Limn. Encl. l. 1. c. 5. §. 28. (d) l. 1. cl. 4. c. 21. (e) J. P. l. 1. c. 7. n. 94.

pore nullas in administranda curandaque republica habet partes, illum Statum appellari non fert mos patrius, præfertum cum præter Regem Bohemiæ aliud exemplum non habeamus. Et hercule qua ratione Statum appellare illum possumus, cuius toto tempore administrationis reipublicæ nulla ratio habetur? qui ad nulla comitia vocatur? nullam de republica sententiam dicit? imo nec certior earum rerum fieri debet, quas gerendas atque exequendas Imperator & Ordines in consilio decreverunt? cum tamen hic libera vox etiam eorum audiatur inter quos & Regem Bohemiæ nulæ dignitatis comparatio est. Ut iam faciam, quod nec omnium deliberationum participes sit Rex Bohemiæ, quæ ad actum Electionis pertinent, atque illius pars quædam sunt. Quod enim præcipuum est, consultare, quantum imperare futurum Principem velint Electores, quos illi fines regimini præscribere, quid stipulari ab ipso: quæ promissa & iuramenta exigere: id quod omne capitulatione peragitur, in cuius verba cogunt iurare Imperatorem: id reliqui septem Electores soli inter se primo deliberant perficiuntque: Regem vero Bohemiæ non ad consilium, ne dum ad sententiae dicendæ statuendique ius prius admittunt, quam capita Capitulationis iam inter ip-

sos converta sunt: tunc enim communicari etiam ea Regi Bohemiæ eumque super his audiri usus fert. Ita cum quid est, quod minus ipsi placet, solus agere de his solet cum reliquis Electoribus, non vero inter eos re adhuc integra sententiam dicit, sed & his peractis atque decretis cum ad eligendi astum res redit, postquam feme vocem suam in sacrario emisit, adeo in posterum omni cura gerenda reipublicæ se abstinet, quasi ad eum Germana res non magis pertinaret, quam ad Indos. Neque enim saltem si Electores more recepto particulares sui ordinis conventus celebrant, sive de republica consultaturi, quod illis lege permisum est; sive tuendæ propriæ dignitatis, iuriumque causa, consili conscientiam eum advocari fert consuetudo: neque unione Electorali comprehenditur. Quare, ut dixi, si animum suum feme explicaverit, quem Imperatorem cupiat eligi, & Electro portionem prelibabit, quod Pincernæ officium est, toto reliquo tempore à curia & administratione reipublicæ excluditur, quis igitur stricto illo & pleno sensu Statum appellabit?

s. 30. Sed fortassis hæc tota de Rege Bohemiæ disputatio brevi cessabit, ex quo spes haudquam prodiga affulget, Bohemiæ Regem plena manu ad Collegium Electro-

Electoral tandem admissum omniumque iurium participem factum iri, quibus ordo Electorum in communi gaudet. Agitata est hec res iam ab annis aliquot, magno Austriae Domus ardore, atque indefesso studio summaque constantia eo nunc perducta, ut non videatur amplius ab exitu optato longius absesse.

§. 31. Illud vero argumentum, quod alii contra Bohemiæ Regem adducunt, negantem eum propterea Statum esse, quia matricula imperii non est inscriptus, non admodum urget. Nec enim sequitur, matricula non est inscriptus, ergo non est Status: quia sufficit, probari facultatem dicende sententia, nec præcise eam in rem autoritate matricula opus est. Nam & is pro Statu est reputandus, qui iura suffragii legitime adeptus est, etiæ nec exercere illa in Comitiis nec ipse inseri matricula adhuc poterit. Luculentum exemplum est in Principibus de Hohenzollern, Eggenberg, & Locowitz, qui in Comitiis anno 1641. ab Imperatore Status imperii declarati acceptique sunt, introductione usque suffragii ad proxima Comitia prorogatis (a). Eodem modo comparatum erat cum illis Statibus, qui olim ex causa religionis non suffragabantur. Quippe ad Status ius satis fuit, eos suf-

fragandi facultatem habuisse etiam tunc, quando exercitum impedimentoo externo esset suspensum: Item si quis sub finem Comitorum, aut illo tempore, quo Comitia nulla sunt, auctoritate Cæsaris & ordinum consensu Status creetur, i. e. iure sessionis & voti do-uetur is perfecte est Status, etiæ iam occasio deficit exercendi iuris sui, po-tentia suffragandi sufficit que deduci in actum potest, cum opus est data opportunitate. Non autem requiritur, ut statim eo mo-mento, quo quis creatus est Status, possit actu suffragium ferre, nam neque reliqui sententiam de repu-blica dicunt, nisi Comitorum tem-pore. Pari modo se res habet, si quis nondum censu sit descrip-tus, posse enim describi, quoties res postulat, abunde est ad subie-cti conditionem: quamvis igitur aliquis censum in Matricula nullum adhuc habeat, si tamen sufficien-tinus paratus sit, nec per eum stet, quominus in censum redigatur, æquali cum reliquis Statibus conditione est reputandus.

§. 32. Etsi causa efficiens Status sit Imperator, qui producit ius suf-fragii, & in certam personam con-sert: non una tamen id semper, simplicique ratione peragit, idcir-co visum fuit de modis acquirendi ius Status paulo distinctius agere.

§. 33. F.

(a) R. J. ANNO 1641. UND DEMNACH WIR DIE HOCHGEBOHRNE.

§. 33. Fiunt ergo Status aut immediato rescripto Cæfaris, aut possessione bonorum, quibus ius Status est addictum: Secundum quæ ita distinguere possumus ut ius Status aliud sit originarium: aliud derivativum.

§. 34. Ius Status originarium dico, quod de novo producitur conferaturque, adeoque comitium suffragiorum numerum qui nunc est, uno novo adiecto extendit augetque.

§. 35. Huius iuris, atque per consequens, Status, causa proxima & immediata est Imperator, cum Statibus Imperii, saltem illis, qui ex duobus superioribus sunt Collegiis, aut si de Civitate agendum eset, ex omnibus tribus. Hi enim coniunctim influxu suo efficiunt, ut in subiecto capaci eiusmodi suffragii facultas existere incipiat: neque enim id solus Imperator præstare potest, qui saltem Candidatum presentat atque commendat: Sed sine conditione opus etiam est præscitu & voluntate Ordinum. Vnde falsus utique est Schüzius, cum sic colligit, (a) cum Imperator solius primos Status fecerit, bodieque Statibus de novo factis solus in Comitiis de sessione, qua postissima pars est iuri Status, proficiat: solus quoque Principes imperii faciat, regalesque dignitates conferat, ipsius quoque solius voluntatem & auctoritatem in Status faciendo etiamnum

sufficere videri, nam cum pleraque ex his præmissis examen paulo rigidius non sustineant, nec quicquam in iis veri aliud sit, quam quod Imperator solus Principes creet, id quod tamen in rem præsentem nihil confert: ideoque mirum non est, ex falsis suppositis spuriam etiam conclusionem oriri.

§. 36. Modus efficiendi primo in eo consistit, ut Imperator iura Status cuiquam, & datus ante omnia Electorum, est post modum etiam Senatus Principum, ac denique, si novus Status Comes aut Baro sit, illius collegii in quo suffragium latus est, consensum rogare debeat. Ita expresse partim capitulatione Leopoldina, partim recessu Imperii nupero cautum legitur. Recessus Imperii hæc sunt verba (b) daß forthin ohne der Chur, Fürsten und Ständten Vorwissen und Consens keiner zur Session und Stimme im Fürsten-Rath zugelassen werde; distinctius in capitulatione hæc leguntur. (c) Niemand von den neu erhöhten Fürsten, Graffen und Herren dem Fürstlichen Collegio, es sey gleich auff denselbigen oder der Graffen Bänken ad sessionem & votum wider dero Willen auffdringen. Sie haben sich dann dazu mit Fürstmäßigen und Gräflichen Reichsgütern vorher genungsam qualificret und zu einer

(a) Vol. 1. J. P. Diff. 6. 0. 2. lit. c. (b) §. über diff haben. xc. (c) art. 44.

nor Standes würdigen Steuer in einen gewissen Crayß eingelassen und verbunden/ und über solches alles neben dem Thurfürstl auch das ienige Collegium oder Bank/ darinnen Sie aufgenommen werden sollen vorhero genungsamb gehöret worden. Quamquam vero hæc verba Capitulationis & hoc sensu possent accipi, quod Imperator invitit quoque Statibus aliqui sessionem & votum in senatu Principum tunc dare queat, quando nimium ille idoneum censum in aliquo imperii circulo iam fuscepi, auditique super ea re satis fuerint, quorum referre potuit, collegam sibi non dari, tamen haud crediderim, legi anteriori in supra allegato receſſu extanti, quæ prorsus actualem Statuum consensum requirit, vetatque quemquam sine eo post modum Statum creari, hac nova pactione penitus derogatum esse: Nam & hic idem statuitur, ne scilicet invitit obtrudatur Status, & illa conditio opposita, *satis ante auditum fuisse*, cum libertate dissentendi est intelligenda, neque reliqui satis auditi tunc videbuntur, quoties contra eorum voluntatem decernit Imperator. Memini ab aliis circa hanc rem ita distinguere, ut si Principum Comitumve classis habeat legitimam dissentendi & resistendi causam, quo minus illos, qui participes fieri suffragiorum cupiunt,

inter sui ordinis homines admittant, illis nolentibus non sit aliquis obtrudendus; sin vero tales contradicendi rationes non habeat, voluntati Cæsaris sit concedendum: neque æquitate sua hæc caret distinctione: at in ipso rerum actu exiguus erit eius usus, mox enim noue oriundæ erunt controversiæ, idoneam ne Status dissentendi causam habeant, cuius rei iudicium soli Cæsari haud permittendum videtur, ni qua paulo ante iura Statibus largiti sumus, nunc altera, quod dicitur manu, eis auferre lubeat, ut tandem etiam per ambages rem eodem recidere necesse sit scilicet ad consensum Statuum: Nam & hæc videri Statibus potest sufficiens causa ad contradicendum, quod consulfum sui ordinis dignitati haud reputent, illum alii subinde *aliisque* novorum hominum suffragiis onerari, & ipsa multitudine fieri despicibilem, quod vero Strauchius de consensu tacito tradit, quod ille etiam sufficiat, quando nimurum Imperatorem novos Status introducentem iisque sua loca & suffragiorum ordinem assignantem veteres non impediunt, sed rem silentio transfigunt (a) id sane magna cautione habet opes. Cum enim consensum Imperator non singulorum, per literas, sed collegii in Comitiis

S

impe-

(a) Strauch, Inst. jur. publ., I. I. c. 13. §. 4.

impetrare debeat, haud concipi facile casus poterit, ut tacitum finiamus, uti Directores de negotio referre, Statusque super eo sententiam dicere oportet. Nisi forte dicamus, qui inter deliberandum tacent, aut illo tempore à Collegio absentes sunt, pro assentientibus habere. Sed in hoc nihil singulare, cum id in quavis alia re deliberanda obtineat, & præterea vulgaris sit juris apud quodvis Collegium, ut absentium tacentiumque jura præsentibus & suffragia ferentibus accrescant, qui scientes tantesque perfici actum patiuntur, quem dissensu suo intervertere potuerint.

¶ 37. De eo dubitari adhuc potest, an Imperator & verbum imperialium consensum teneatur expectare, si quam provincialem urbem in cladem & jura liberarum imperii civitatum dignetur recipere? Ethoc ex rationis paritate omnino asserendum, atque hic demum videtur esse casus ille, de quo novissimus. Recessus, paulo ante allegatus, intelligendus sit, ubi negatur ad Collegium Principum posthac recipi quem posse in consultis nee consentientibus Statibus: abne der Chur-Fürsten und Stände Vorwissen und Confess, quamvis enim Senatus Principum tantum mentio fiat; id tamen de curia civitatum tanto magis etiam

accipendum, quo magis illorum refert, ne sibi insciis nova urbs obtrudatur ab aliis, atque illi de ordine sessionis, & prospiciatur antequam audita curia fuerit, an nihil habeat, de quo possit cum ratione excipere: & fatis utique esse potest, duobus superioribus Collegiis, si in re ad se nihil valde pertinente prærogativa sententiae dicenda gaudeant. At civitates hinc penitus removere, & ne in domesticis etiam causis ferre suffragium possint, obstat velle, id vero res non iniquissima modo verum etiam indignissima foret, cum vix opificum Tribus ita secum agi paterentur, ut se insalutatis sinerent sibi Tributum alieno iussu imponi: quamvis etiam istud non facilmente concipiatur, qua ratione Imperatori facultas sit futura provinciali urbem promovendi in liberaim imperii civitatem? Dominus enim Territorii ius suum, quod in illa quæsitum habet, auferri nequit. Quamobrem nisi id sponte sua cum omnium, quorum interest, consensu remiserit, vel Imperator unam aliquam urbem ex hereditariis suis terris in hanc libertatem evehat: vel denique communi totius Imperii decreto salute publica pacis causa hoc postulante, uni civi vi eminentis Domini, facta tamen compensatione, ius suum auferatur, haud video, quomodo contigere alter

aliter res ista posset; Sed quam hi ipsi casus rari sint, & iam multis ab hunc seculis ne uno quidem exemplo clari, abunde liquet. Principes enim non ut iure suo in provinciali aliqua urbe cedant, id cogitant & moliuntur, sed potius ut liberas adhuc civitates in protestatem redigant sibique subiectas faciant: quod multis exemplis doceri posset. Cognatum est aliquatenus cum hoc casu, quando libera quondam Vrbs, fed longo tempore à Statu Potentiore oppressa, & in Ordinem Municipalium redacta forte fortuna in libertatem restituitur, quam felicem fortem, non ita pridem præter omnem spem Donawerda Vrbs experta est Bayarii casu & Imperatoris benignitate: Quoties id sit, cum quasi possimmo id genus vrbes libertatem conseqvuntur, nec consultatione, nec receptione est opus. Sed uno Cælaris Decreto, vel proprio etiam Marte, quoties vindicata se in libertatem ab oppressione Sine metu maioris mali possunt, statum pristinum recuperant.

§. 38. Hæc de consensu Ordinum in creatione Status. Secundo pertinet ad modum efficiendi, ut qui hac ratione ius suffragii adeptus est, illi Imperator in Principum eomitumque, adde & urbium curia de fessione & loco prospicat, quo ferre suffragium & senten-

tiam dicere potest; qua in re ita se gerere Imperatorem oportet, ne novi Status introductione antiquioribus iniuria aut prajudicium fiat. Agere itaque cum illis in hoc etiam articulo fas est, & eorum gratia locum novo collegæ assignare.

§. 39. Postquam de loco convenit, fit tertio introductio in curiam: que celebritas plerumque per Marechallum Pappenheimium peragi solet. Aliquando tamen majoris solennitatis causa & commissarium ab Imperatore adhunc actum delegari, & Pappenheimio adiungi Limneus author est (a) id quod eriam in introductione Principis Porciæ, que anno 1664. sub horum comitiorum initium contigit, vidimus, cum adhunc actum iuxta Pappenheimium Archiepiscopus Salisburgensis, a Cæsare, qui præsens erat, fuerit delegatus. Proinde autem est, ipse Status an mandatarius eius introducatur.

§. 40. Quarto denique fit relatio in matriculam & fulceptio certi atque dignitati comparis census in aliquo circulo Imperii, ubi scilicet bona possidet, qui inter Status est relatus.

§. 41. Hæc de iure Status originario, secundum que si quis eum, qui hoc modo ius Status acquisivit, origine Statum dixerit, ne quidem repugnantem non habebit;

Ss 2 sed

(a) Tom. add. ad. l. 1. q. n. 79. f. 129.

sed videntur aliqui ultra ire, & originem nativitate aestimare, quasi qui genitus est Status, Status sit. Quod sicuti in iis terris locum aliquem habere potest, quæ inter haeredes nulla primogenitura habita ratione dividuntur, tunc enim omnes veluti pro indiviso sunt Status, ita quibus locis primogenitus in folendum administrationem imperiumque capessit, eceteri exclusi, sive fratres sive Agnati, in nullam partem iuris Statum, i.e. suffragii veniunt, sed eos sua personali dignitate, quam à patre habent, vivere contentos oportet.

§. 42. Illud quoque dissimilandum non est, ius Status triplicifere conditione ab origine posse conferri, vel enim id quis habet eo pœto, ut personam non egrediatur, neque in haeredes liberosque sit transitorium: vel transfatio quidem ista dari potest, sed absque respectu honorum: vel denique, id quod frequentissimum, addicitur bonis, in iisque ita stabilitur, ut postmodum legitimum bonorum possesso rem semper comitetur.

§. 43. Jus Status derivativum appello, quod iam actu in persona aut re extat, & facto hominis vellegis alii acquiritur, illud vero in persona aut re extare secundum ea intelligo, quæ supra de iure Status personali aut reali tradidimus, non quod ius reale in persona, cuius est

res, non existat: sed quia in re fundatum & subsistentiam haberet, quam ubicunque comitatur, ius personale autem est pura persona qualitas, absque ullo ad res à persona possessas respectu.

§. 44. Hoc ius diximus acquiri factio hominis aut legis. Illud fit, legitima alienatione rei, in quibus ius Status habet. Legitimam autem require alienationem, id est tam, quæ Imperatoris & agnatorum consensu est facta. Quamvis enim naturaliter unusquisque rerum suarum sit Dominus & arbiter, quoties tamen & aliorum interest, rem à Domino non alienari, sola eius voluntas non sufficit. Quamobrem cum prædia illa, in quibus ius Status radices suas agit, sint feudum Imperatoris, qui directus illorum est Dominus: ac præterea etiam agnati ius in illis iam à primo acquirente quæsumum habeant: prorsus consequitur, & Principis & agnatorum consensum in alienatione necessarium esse, quo impecrato iam nihil refert, inter vivos, an mortis causa, per testamentum fiat alienatio, ad quem ultimum modum pertinent quæ vulgo ita dicuntur, confraternitates. Erbverbräderung: Hi contractus de mutua successione in casum extinctæ alterutrius familie cur absque confirmatione Imperatoris omniumque agnatorum ex utraque parte con-

consensu non possint iniri cum effectu iuris, hæc sola est ratio, quod in yicto Principi non debeat in vacuo & deserto feudo successorum constitui: nec agnatis remotioribus succedendi ius auferri,

§. 45. Ad alienationem refero, cum quis bona, quæ iure Status gaudent, in speciem pignoris loco sed reverso titulo emptionis, cum pacto de retrovendendo sibi quæfavit: item quando aliquis crediti causa à iudice in possessionem ex secundo decreto missus est, quo pertinent die Inhabere oder Pfand-Inhabere dieser oder jener Graff- und Herrschaft/ de quibus supra etiam est actum. Coeterum nuda detinatio bonorum non sufficit, sed possessione civili est opus, quæ scilicet usum iurium bonis inhærentium tribuit. Quamobrem cuius bona ab alio iniuria possidentur, is suffragium ferre in comitiis, non detentor id sibi arrogare potest. Interdum etiam cum possesso dubia est & in lite, utraque pars, tam qui petit, quam qui possidet & expicit, suffragii usū se abstinent, donec direpta lis fuerit, & in causa iudicatum, quamvis bona procul omni dubio facultatem suffragandi annexam habeant. Vt in causa Juliacensi inter Saxonem petitorem & Brandenburgicum atque Neoburgicum possessores controvorsa: itemque in dubia hodie Lauen-

burgici Ducatus successione manifestum est exemplum. Neutra enim pars actu suffragatur: sed suspensum utrinque ius est usque dum Iudex sententiam prouinciaverit, aut amice inter partes fuerit transactum.

§. 46. Quod ad ius Status personale attinet, quia illud instar privilegii se habet, quod aut huic saltem persona, aut legitimis eiusliberis concessum est, ideoque facile apparat, in commercio illud non esse, nec transferri in aliam familiam posse, quod tue ex speciali gratia extra ordinem est datum. Quod si tamen Imperatoris auctoritas & Statuum consensus acceperit, ius illud, de quo fit alteri cessio, ab origine existimabitur quælitum. Pariter quando conditio adiecta, ut quis sibi de sufficientibus bonis propicere teneatur, ea adimplata ius personale in reale plerumque mutatur.

§. 47. Lege acquiritur ius Status duobus fere modis. Vno successione legitima, i. e. ab intestato. Nam qui in bona succedunt, succedunt in ius, quod in bonis est: De iuribus personalibus idem sentiendum, ni personalissimum ius fuerit, quod in hæredes non transit sed cum persona extinguitur.

§. 48. Alter modus est Electio canonica, in iis Episcopatibus, qui iure suffragii donati sunt: nam qui

hac ratione eliguntur Episcopi, simul fiunt Imperii Principes Statusque. Sub Electione vero & postulationem comprehendo, quæ in subsidium Electionis introducta est, ut scilicet is, qui per canones eligi prohibetur saltem postulationis subsidio iuvetur. Vacante autem sede collegium totum, quod interea vice Episcopi est, iura Status possidet, & in Comitiis votum exercet, donec alius Episcopus electus fuerit.

§. 49. Dum vero hoc modo per successionem electionem fiant Status, haud quamquam existimandum est, authoritatem Imperatoris & Statusum consensum eo in aeu nullas plane partes obtinere: quin potius quia successio atque electio modi sunt acquirendi, ius Status, lege introducti, legem vero illam Imperator & Status condidere, sequitur hic etiam ambobus efficiendi principium esse adscriendum, & toties voluntatem eorum atque iudicium concurrere effetumque producere, quoties à Collegio dicitur Episcopus, scilicet dupli ratione fieri potest, ut quis efficeretur dicatur, primo quidem si quis ad singulos actus particulari & expressa determinatione auctoritatē suam commonet, deinde, si animum suum lege aut pacto ita declareret, ut qui successione aut electione certorum bonorum pos-

sessionem est naetus, eundem simul eo ipso à se Statum renunciatum velit haberi, non aliter, ac si viva sua voce talis dictus fuisset.

§. 50. Ut certi sunt modi, per quos quis Status esse incipit: de quibus modo est actum, ita alii etiam, quibus talis definit esse, quos nunc breviter recensere & explicare animus est.

§. 51. Definit itaque esse Status primo morte naturali, qui communis est rerum viventium occasus.

§. 52. Deinde & morte civili, quod omnibus illis fit modis, quoties quis ius civitatis amittit.

§. 53. Huc pertinet ergo & Banum Imperiale, seu proscriptio, quæ in locum Reportationis, olim Romanis legibus cognitæ videtur successisse. Nam ita proscriptus cum hostis communis declaretur, & omnium in eum armentur manus, Eum civitatem omniaque iura per id perdere manifestum est, et si id ipsum sententia expresse dictum non esset, quod fieri tamen solet.

§. 54. Ita etiam qui libertatem amittit, amittit & civitatem & ius Status. Cum autem hodie inter christianas gentes sublata sit servitus, non video quo modo facile evenire hic casus poterit, captivi enim ab hostibus eti in custodia maneat, donec de eis lytrum persolva-

solvatur, libertatis tamen iacturam non patiuntur, nisi dicere quis velit, à Turca aut Barbaris; istic apud quos in usu est servitus, captos hac conditione esse, & demum postliminio aut redemptos & libertatem recuperare & civitatem. Quod ego in medio relinquō.

§. 55. Damnationi in metallum, qua etiam civitas Romana quondam amitterebatur, ergo Statum ob dignitatem eius non est locus: Nam & Romani non facile nisi plebeios in opus metalli dabant. (a)

§. 56. Porro exemptione etiam quandoque civitatem amitti constat: dixi, quandoque: non enim hoc omni exemptione fit, itaque distinguendum est. Namque vel se ipse eximit Status, vel ab alio eximitur. Hinc exemptione alia activa, alia passiva. Activa exemptione, vel cum quis se ipse eximit appellatur Strauchio, (b) quod sit, a *subiectione ad libertatem proclamatio*: id est, cum quis a fide & obsequio Romani Imperii deficit, propriumque & sui iuris Statum incipit constituerē. Ita Prussia, Polonia, Dania, Hungaria, quae regna in potestate quondam & ditione Romani imperii fuerunt; ita etiam plures in Italia Provinciae, & ille septem foederati Belgii, sese exemptione vindentur; perdit enim omnino ius

suffragii, & per id ius Status, qui imperio Romano fidem & obsequium renunciat, sibique vivereincipit. Fieri autem id iuste potest, vel Statim ab initio: vel ex post facto. Ab initio vix datur alia iusta exemptione, quam si quis, pro derelicto habitus sibi suæque saluti consulere debet: nam pro conservatione sui omnis honesta est ratio, præsertim cum is, cui mei cura & defensio incumbit, officio deest, meque manifesto perire patitur: Ceterum eiusmodi derelictio aut est expressa, de qua non est laborandum ubi enim voluntas domini adest nolentis rem amplius in numero rerum suarum habere, illa naturaliter fit libera, & sibi de sua conservatione prospicere potest: vel tacita, ex validis presumptionibus certum animi dereliquentis propositum colligens: de quibus coniecturis & presumptionibus Conringius de finibus Imperii (c) prolixè egit, quem discursum postea examinavit Strauchius (d) Ex post facto exemptione fit iuste superventu novi tituli, qualis est transactio, donatio, venditio, dos, investitura & similes.

§. 57. Exemptionem passivam definit idem Strauchius quod sit *occupatio alieni imperii*. Ego proportione nostri instituti rectius di-

xerim

(a) l. 5. §. 3. ff. de var. extr. cognit. (b) Inst. iur. publ. l. 1. c. 20. §. 6. (c) 49.
(d) d. Inst. iur. publ. c. 20. 8. & seq. 1.

xerim esse, mutationem vel civitatis, vel Status & conditionis in civitate. Nam hæc exemptio vel ab externo populo fit: vel à cive aliquo, plerumque potentiori.

§. 58. Ab extero igitur facta, exemptio proprie est alieni Imperii occupatio, id quod vi plerumque fit & bello, quo possesso & dominium iure gentium acquiritur, sicut eo usque, donec quis vi maiori iterum possessione non est deiectus. Quæ autem occupationes dolo fiunt, nec titulum nec possessionem tribuunt, nisi deinde actum quid gestumque fuerit, unde titulus potuerit existere. Atque, hoc pertinet quicquid fore Gallia traditionum & provinciarum imperii Romani Germanici ab antiquo tenet: ista enim omnia periire nobis, atque adeo iure civitatis & Status exciderunt.

§. 59. At cum potentior civis minus validum eximit, & ex Status suo immediato deturbat, sibique subditum vel Landsässum efficit, manet quidem ita exempto salvum ius civitatis: at perit nihilominus ius Status seu suffragii in Comitiis, cuius non nisi immediate imperio subiectus capax esse potest. Potest quidem hæc exemptio & cum consensu eximenter fieri: plerumque autem sine eius consensu suscipitur, unde tot querela & controverbia in imperio. Quia autem

hic modus eximendi summæ potestati nihil detrahit, & ut plurimum onere censuque in se suscepito fit, idcirco facilius toleratur, præcipue si longissimo tempore sit confirmatus, vel Imperator alias consenserit. Quod si vero quis saltem ratione census sui eximatur ab alio, salvis de cetero & immediate & iure suffragii, eum Statum manere constat, ut Episcopus Brixiensis & Tridentinus à Domo Austraci eximitur: In Comitiis enim votum & sessionem retinent, ac proinde Status esse hoc exemptionis genere non desinunt.

§. 60. Alienatione etiam ius Status amitti certum est: quæ tamen Imperatoris & imperii consensu unanimi suscipienda. Ita Episcopi Metensis, Tullensis, Verdunensis: itemque magna Alsatiae pars Gallis cessâ, ut pax redimeretur, possunt autem varii tituli esse alienationis, ut donatio permutatio, venditio, in dolem aut solutum datio, & similes.

§. 61. Præterea quoties Territorium amittitur sive ob delictum, seu quamcumque aliam causam, una & ius Status amitti, quod in Territorio est, pariter constat. Nam hæc est conditio Status, ut debeat possidere bona immediate in & sub imperio, oportet autem Territorium ita amissum esse, ut cui in illo facto suo aut legi perire.

perierint iura, nam si iniuria Temporum & per vim saltem eo spoliatus est, salva adhuc vindicandi repetendique potestate, ius! Statutus ei non perit, & in comitis vocem liberam & consultandi decernendique una facultatem retinet, uti quondam Bipontinus dux comitis interfuit & cum aliis sententiā dixit, et si omnis illa dictio à Gallo tum occupata fuerat.

§. 62. Denique amittitur ius Status per non usum; si quis nimis longa tempore ad Comitia non accesserit, sive vocatus fuerit, sive non fuerit vocatus, & tamen nec sponte sua venit, nec de iniuria sibi facta queftus est. Quantum autem id tempus esse debeat, controvertitur: Communiter longissimum, id est, triginta annorum requirunt, idque non continuum, sed utile, ut scilicet vocatus ad co-

mitia per hoc temporis spatium frequenter celebrata non comparuere: Et ita eiusmodi Statiū præscribi dupliciter potest; Vel enim retenta immedietate censuque saltem ad comitia amplius non admittitur, nec ei sententiae dicendae ius super est, non usu scilicet illo longissimo amissum, vel simul etiam perit immedietas, quod fit, cum aliis, qui ei haētenuis ius suffragii dubii dubium fecit, nec ad Comitia eum vocari aut interefie conventus ordinum posse contendit, eumque quovis modo & occasione, ne accedat ad comitia, prohibuit, ita præscribit, dum scilicet alter nihil interea memoratu dignum pro conservatione iuris sui & libertatis fecisse deprehenditur, ad præscriptionem illam interrumpendam.



Tt

Errata præcipua in Specimine Secundo.

- P.** 186. in not. lat. 1. lin. 24. leg. sublevabantur.
 ibid. lat. 2. lin. penult. leg. vel *flos* Evangelicōs.
 p. 188. in not. lat. 2. lin. 1. leg. abortz.
 p. 192. in not. lat. 2. lin. 31. leg. exiliūm.
 p. 194. in not. lat. 1. lin. 9. leg. mues.
 p. 196. lat. 1. lin. 8. leg. à Pontifice,
 ibid. lat. 2. lin. 30. leg. rinxit.
 p. 197. in not. lat. 1. lin. 7. leg. vis.
 ibid. lin. 17. leg. reort.
 ibid. ead. lin. dele ad.
 p. 200. in not. lat. 1. lin. 10. leg. territoria.
 p. 201. in not. lat. 2. lin. 11. leg. retrotraha-
 tur.
 p. 205. lat. 1. lin. 22. leg. quānquam.
 p. 206. in not. lat. 1. lin. 4. leg. illic.
 p. 209. lat. 2. lin. 11. leg. conatur.
 p. 217. in not. lat. 1. lin. 16. leg. Magistratum
 p. 223. in not. lin. 2. p. 7. leg. immediato-
 redita.
 p. 227. in not. lat. 1. lin. 19. leg. clare.
 p. 230. in not. lat. 1. lin. 14. leg. campum.
 p. 235. in not. lat. 1. lin. 17. leg. propriet.
 p. 231. in not. lat. 2. lin. 16. leg. cō.
 p. 257. in not. lat. 2. lin. 18. leg. situi.
 p. 264. lat. 1. lin. 24. leg. immediatis.

Errata in Specimine IIIto.

- p. 306. in not. lat. 2. lin. 4. leg. Edīti Fer-
 dinandei.
 p. 314. in not. lat. 2. lin. 13. leg. qui.
 p. 315. lat. 1. lin. 13. leg. Januariis.
 ibid. lin. 20. leg. Januariis.
 p. 317. lin. 28. leg. ut.
 p. 319. lat. 2. lin. 29. leg. ullum.
 p. 322. lat. 2. lin. 6. leg. cognitissimē.
 p. 325. in not. lat. 1. lin. 9. leg. illaudabilis.
 ibid. lat. 2. lin. 27. leg. fōrdent.
 p. 326. lat. 2. lin. 15. leg. Geistlichen.
 p. 327. lat. 1. lin. 8. leg. oppleverit.
 p. 329. lat. 2. lin. 31. leg. dedita.
 p. 333. lat. 1. lin. 20. post verba: ut concur-
 rant, adde, in duabus personis.
 p. 337. lat. 2. lin. 4. leg. eas.
 ead. lin. leg. fidemque,

- p. 340. lat. 1. lin. 9. leg. 31.
 p. 341. lat. 1. lin. 22. leg. demoveri.
 p. 343. lat. 1. lin. 32. leg. nullō exceptō.
 p. 344. lat. 2. lin. 24. leg. transactorum.
 Ibid. lin. 25. leg. restituturis.
 p. 345. lat. 2. lin. 1. leg. restituendus.
 p. 347. lat. 1. lin. 20. leg. crucigeris.
 p. 348. lat. 1. lin. 11. pro sexti leg. septimā.
 p. 350. lat. 1. lin. 34. leg. casū.
 p. 353. lat. 1. lin. 18. post verba, cederent,
 leg. si.
 Ibid. lat. 2. lin. 15. post verba decreve-
 rint ponatur (.)
 p. 356. lat. 2. lin. 17. pro duodecim, 1. leg.
 viginti.
 Ibid. lin. 31. leg. viderint.
 p. 358. lat. 2. lin. 11. leg. num̄s
 p. 359. lat. 1. lin. 6. pro nisi. leg. si
 p. 362. lat. 2. lin. 32. leg. coniunctiūca.
 p. 363. lat. 2. lin. 9. pro utū. leg. ut.
 p. 364. lat. 1. lin. 1. leg. obliguntur.
 p. 365. lat. 2. lin. 3. leg. nov̄e.
 p. 366. lat. 2. lin. 2. leg. in omnibus.
 p. 369. lat. 2. lin. 17. leg. exhibebuntur.
 p. 371. lat. 1. lin. 20. leg. intentat̄.
 p. 375. lat. 1. lin. 23. dele. &
 p. 376. lat. 1. lin. 30. leg. frivolis.
 p. 377. lat. 1. lin. 36. leg. d̄ hoc rescriptos
 Ibid. lat. 2. lin. 22. leg. vafritiem.
 p. 378. lat. 2. lin. 5. leg. captos.
 p. 383. lat. 2. lin. 12. leg. mor̄e & tergiver-
 fationis.
 p. 384. lat. 1. lin. 16. leg. Cæsari.
 p. 386. lat. 2. lin. 33. leg. paucula.
 p. 387. lat. 2. lin. 16. leg. ipsi I. Januarii.
 p. 391. lat. 2. lin. paucul. leg. calida.
 p. 400. lat. 1. lin. 31. leg. statuendi.
 p. 402. lat. 1. lin. 31. leg. Megopolitanus.
 Ibid. lin. sequi. leg. Lauenburgicus.
 p. 403. lat. 2. lin. 5. leg. hic.
 p. 404. lat. 2. lin. 11. leg. Januarias.
 p. 407. lat. 2. lin. 15. leg. fraudi &
 p. 411. lat. 2. lin. 15. leg. mettiendam.
 p. 413. lat. 1. lin. 9. leg. retineant.
 p. 414. lat. 2. lin. 6. dele. que.

- p. 417. lat. 2. lin. penult. leg. praecipue.
 p. 418. lat. 2. lin. 2. leg. effectu.
 p. 424. lat. 2. lin. 27. leg. subditis.
 p. 426. lat. 1. lin. 33. leg. servando.
 ibid. leg. exercita.
 p. 430. lat. 1. lin. 10. leg. Schutzif.
 p. 431. lat. 1. lin. 5. leg. &
 p. 434. lat. 1. lin. 34. leg. presumi.
 p. 438. lat. 2. lin. 22. post Protestantes, de-
 l.(&) lege, Protestantes statut.
 p. 440. lat. 1. lin. 21. leg. parata.
 ibid. lin. 30. leg. involatu.
 p. 441. lat. 1. lin. 14. pura intelligentia.
 ibid lat. 2. lin. antepenult. leg. nonnullz.
 p. 443. lat. 2. lin. 12. leg. litis.
 p. 444. lat. 1. lin. 19. leg. attento.
 ibid. lin. 29. dele. vel
 p. 446. lat. 1. lin. 15. leg. Catholicis.
 ibid. lat. 2. lin. antepenult. leg. qualis
 p. 448. lat. 2. lin. 17. leg. differenfia.
 p. 449. lat. 1. lin. 39. leg. celebrata.
 ibid. lin. 36. leg. Proceffiones.
 ibid. lat. 2. lin. 18. leg. Civitatum.
 p. 454. lat. 2. lin. 16. leg. Horuna.
 p. 455. lat. 1. lin. ult. leg. tres.
 ibid. lat. 2. lin. 15. leg. causa in
 p. 459. lat. 1. lin. 21. leg. atque.
 p. 460. lat. 1. lin. penult. leg. admittunt.
 p. 461. lat. 1. lin. 23. leg. clamofis.
 p. 462. lat. 1. lin. 23. leg. accingamus.
 p. 463. lat. 1. lin. 16. leg. id.
 ibid. lat. 2. lin. 30. leg. computum.
 p. 465. lat. 1. lin. 4. leg. nocitum.
 ibid. lat. 2. lin. penult. leg. addicente.
 p. 468. lat. 1. lin. 13. leg. pacti.
 p. 469. lat. 2. lin. 2. post verbam habita-
 adde, legitur.
 ibid. lin. antepenult. leg. parti.
 p. 471. lat. 1. lin. 12. leg. suadente.
 ibid. lat. 2. lin. 10. leg. prorogatis.
 p. 472. lat. 1. lin. 26. leg. datum.
 ibid. lat. 1. lin. 6. leg. conventuum.
- p. 473. lat. 2. lin. 8. leg. partis.
 ibid. lin. 16. leg. iusti.
 ibid. lin. antepenult. leg. poterat.
 p. 475. lat. 2. lin. 17. lege restrictam.
 ibid. lin. 28. leg. ac denique
 p. 476. lat. 2. lin. 18. lege itaque cum
 p. 478. lat. 1. lin. 4. leg. ornatiore.
 p. 480. lat. 1. lin. 13. pro verb. leg. versic.
 ibid. lat. 2. lin. 4. leg. homines.
 ibid. lin. 23. leg. moralis.
 ibid. lin. 30. leg. merita.
 p. 486. lat. 1. lin. 24. leg. cogitata.
 ibid. lin. 26. lege credere.
 ibid. lat. 2. lin. 30. lege hec a casu &c.
 p. 488. lat. 2. lin. 27. lege que.
 p. 489. lat. 1. lin. 17. lege Evangelicos.
 p. 490. lat. 1. lin. 7. leg. haec interposita
 contradictione,
 ibid. lat. 2. lin. 13. lege nodum.
 p. 492. lat. 2. lin. 27. leg. incommodetur.
 p. 493. lat. 1. lin. 20. post verba: in genere,
 adde reftitucionem.
 p. 494. lat. 1. lin. 11. leg. ambagibus.
 p. 499. lat. 1. lin. 25. dele brevi.
 p. 501. lat. 1. lin. 17. leg. captivati.
 ibid. lin. 36. leg. habitumque.
 ibid. lat. 2. lin. 18. leg. porciuscent.
 p. 505. lat. 1. lin. 15. leg. cultus.
 p. 506. lat. 1. lin. 9. leg. non posse impediti
 p. 509. lat. 2. lin. 1. leg. ad.
 p. 510. lat. 1. lin. 3. lege loci.
 ibid. lin. 5. lege habituque.
 ibid. lin. 18. leg. ajeabant.
 ibid. lin. 40. lege illo.
 ibid. lat. 2. lin. 1. lege penitus.
 ibid. lin. 18. lege passi non habent.
 p. 511. lat. 1. lin. 2. lege retudere.
 ibid. lin. 10. lege honoribusque.
 ibid. lin. 17. leg. legi steret.
 ibid. lin. 30. leg. alios.
 ibid. lat. 2. lin. 7. post tempus, adde Pro-
 testantes.

734798

X2432562

2

Farbkarte #13



Z
PITATIONVM
AD
VMVENTVM
PACIS
REO-SVECICVM
MEN SECUNDVM.
ANNO M DCC VII.